

D V L C I S

M I S C E L -  
L A N E A -  
T O M V S II;

A V T H O R E PETRO LOPPESIO  
Auissensi, Malacetano Doctore.



C V M L I C E N T I A .


Malacæ, Typographus Ioannes Serrano de Vargas  
et Vrueña, Anno 1637.

45 D A R C Y S  
М Г С Г Е Л  
Л А И Н А Й  
Сед quoniam haec si non data profusa, profusa  
sunt, diuinum dianum appellebamur.

LIBERUS PRIMI TOME  
AUTORE PATERO LOPEZ  
ALPHONSE MARCHESA DE GOEDE

Cum licet Malacca, et  
cum patebit apo-

Via Malacca, et cum  
apo, et cum Vagabondus.



# TOMVS SECVNDVS.

MVLTA DIVINARVM RERVM  
encommia curiosè pertractat, & Malaceta-  
na vrbis festa superaddit, sumpto exordio  
a tribus sanctæ Ecclesiæ depre-  
cationibus.

AD TRIPLICEM CHRISTIANÆ  
*institutionis Orationem.*

Est iter ad celum triplex, oratio triplex,  
Patris, Ave, Salve, munera cerna Dei.

Dulcis Miscellanea.

PATER NOSTER.

O Pater Omnipotens noster Pater, inclitus aeterno;  
Qui solo Calum, & terras, tractusq; gubernas  
Aetheros, sic longa tuum per secula nomen,  
Et sanctum, & cunctis celebri venerabile cultu:  
Hinc nobis, petimus, veniat: tua sancta voluntas  
Preualeat, totumq; omnis sit facta per Orbem  
Terrarumq; poliq; hodie tua suggerere nobis  
Monera, quotidie panem; sacra Hostia noster  
Panis erit: quae debemus demitte gementi,  
Propitius sceleri: sic nos ad debita nostris:  
Lex eadem: tandem, petimus, procul absit amica  
Carnis amor, procul optati spes addita mundi,  
Ecce nocui peruersa hostis tentatio, cunctis  
Inimicis malis defende tua sub pace quietos,  
Nos inquam, nos eternum, qui dicimus Amen.

A V E M A R I A.

Salve ales celestis, Ave Maria unica, gratis  
Est tibi pro meritis gratia plena tuis.  
Tu cunctas inter regnas benedicta pueras:  
Ut benedicta, tuus sic quoq; fructus erit:  
Hic unus pax nostra infans, hic dulcis IESVS,  
Tu Maria ingentis genita, parentq; Dei:

*Tomus secundus.*

Vt Mater, sic omne potes: dabit omnia gnatus;

Funde tuas Virgo nocte, diuq; preces:

Ora pro nobis peccantibus; accipe munus:

Amen ego dicam terq; quaterq; meum,

**S A L V E   R E G I N A**

Salve supremæ sedis, & infimi

Regina centri, Mater amabilis,

Mater pia ad crudele fatum,

Et miseros hominis labores.

Dulcedo vitæ, spes bona, firmaq;

Nobis salutis dona petentibus:

Salve à Deo, ad te clamat exul

Progenies genitalis Æuæ.

Te propter altè corda fidelium

Mittunt ab imò pectori flebiles

Cantus in ista valle solas

Ad lachrymas, gemitusq; nacta.

Eia ergo nostris littibus unica

Præses ocellos, ceu pia munera

Ad nos revolue, & liberos hoc

Exilio superante reddas.

*Dulcis Miscellanea.*

Ostende tandem grandia lumina,  
Seu Patris alti numen amabile,  
Qui fructus aluo de tua IESVS  
Exuperat genus omne florum.

O Virgo clemens, o pia, Virgoque  
Semper MARIA, oratio nunc tua  
Pro me sit, ut sim dignus alti  
Muneribus, meritisque Christi.

Sic dignus accumbam super ardua  
Cæli astra: cuncti dicimus Amen, &  
Grates damus Patri supremo  
Vnâ hominum, superumque Regi.

*GLORIA IN EXCELSIS DEO,*  
*& in terra pax hominibus, &c.*

Qui fortis bellator erat, nunc pastor amicus,  
Et pius est agnus, qui ferus ante leo.  
Pro gladio scutum, pro telo parma resurgit,  
Pax Martem sequitur, blanditiæque minas.  
Nec mirum, parvus puer est Deus, iste nocere,  
Nec potis est ullis belliger esse modis.

A D S A N C T A M

Societatem Iesu.

Progenies, doctrina, animi, sapientia, mores;

Consilium, pietas, fama, poësis, honor.

Regia, cælestis, facilis, suprema, benigni,

Maturum, regnans, alta, canora, volans.

Cuncta tenent tenuere altum qui nomen IESVS:

Nec mirum, omne bonum, si fuit, illud habet.

VIRGINI CONCEPTIONIS.

Limpida sunt ortus, Conceptio, vita, Sepulchrum;

Est cunctis Virgo limpida facta modis:

Sic decuit, simul una patens, & Virgo pudica est,

Vna simul Mater, Filia, & una Dei.

Sic decuit, nunquam turpi clara vndula vitro;

Nec Deus in turpi ventre iacere potest.

Non bene stare rudi cathedra, non æde caduca;

Nec fragili in curru dux solet esse bonus.

Omne bonum Deus est, hunc Virgo possidet, ergo

Omne habet ista bonum, non habet ergo malū.

A N N V N C I A N T I A N  
gelo Gabrieli, &c.

Postquam prima altum læserunt crimina diuum;

Et Paridisæa est pulsus Adamus humo.

Stabat

Dulcis Miscellanea.

Stabat pre foribus Gabriel, ensisq; tremendus,  
Humanum intraret ne loca sancta malum.  
Hinc gessit fera bella homini, sed postea gratam  
Pacem virgineos attulit ante pedes.  
Sic decuit. Paradisus erat Virgo vnica, pacem  
Hoc tolit ille, alio qui dedit arma prius.  
Ergo idem bellicq; autor, pacisq; futurx:  
Vulneris auxilium, qui dedit, ipse tulit.

I N F E S T U M D I V I  
Bernardi Gibraltari habitum.

DE N O M I N E D I V I B E R N A R  
di, praeccellentia, atque pro-  
genie.

Natus ubi illustrem tulit ingens Gallia florem;  
Ut flos illustris, sic quoq; dictus ager.  
Illustris fama, & mirus clara indole diuus:  
Nil nisi grande, bonum nil nisi diuus haber.  
Hic est Bernardus, quo non praestantior ullus:  
Bernardusq; ideo, seu bona natus, erit.  
Vel si forte alium manis, tibi suscipe, florem;  
Inde q; Bernardus, seu bene natus, erit.



G I B R A L T A R  
tanti diui festum ce-  
lebrat.

Salve magne parens, seruit cui Gallia mater,  
 Seruit, & Hispani fulgor pars una potentis,  
 Gibraltar festi supremo exultat amore.  
 En video latanti auro, & radiantibus armis,  
 Colacens templum, pars circum serica pulchro  
 More tegit, pars una altis volitantia tectis.  
 Partim ad sunt lenesq; rosa, mollisq; hyacinthus,  
 Ridentes passim flores, passim omnia leta  
 Succedunt: hilares albo sunt pariete vultus,  
 Et tellus omnis nemore est ornata virenti.  
 En video, dulces etiam citharae, lyraeque,  
 Diuino resonant plectro: spatia omnia replet,  
 Latantes choreae, suauis Musa addita canit:  
 Sed maiora animis festa exultantibus, omne  
 Gibraltar diui festuum intendit honorem.  
 Exultant late matres, & dulcia mensis,  
 Dona parant, pariter monach, pariterq; Sacerdos  
 Gaudet amans, omnes grandi sua munera diuo  
 Concedunt, gaudentque alto seruire parenti.  
 Nec tantum hi, duris etiam qui praesidet armis  
 Horrentis Ceuta venit acer Lusus, & ambo,

*Vnanimes*

Dulcis Miscellanea.

Vnanimè gaudent populi, omnes agmina cogunt,  
Et collunt grandem suprema ad sidera diuum.  
Ergò age magne pares, has cerne, & suscipe curas:  
Hac grato concessa animo tibi munera sume.  
Me nunquam nulla tuo sciunget ab agmine diuus,  
Tempestas cali, aut peruersi iniuria casus.  
Iamq; vale fulgens astrum radiantis olimpi,  
Vel Sol humanus, vel iam sublime potentiss.,  
Hesperia decus, & celebri fama addita Gallo.  
Vos super egregia matres, vosq; inde valete,  
Gibraltaris amans populus; tua munera diuus  
Accipit, & ponit supremi ad regna cœpantis.

A D C R V C E M D O M I N I .

Est patulis diffusa arbor Crux inclita ramis.  
Nam totum ramis continet illa genus.  
Attingunt terre extremus duo brachia partes,  
Summa caput, tangunt inferiora pedes.  
Vna ergò fouet umbra omnem quę continet orbē:  
Arbore de grandi, grandior umbra venit.

A D D I V V M I A C O B V M D I V I -  
num Hispaniæ ducem.

Gaudet Achilleo præcellens Græcia Marte,  
Hectoris Troia suo, Cæsare Roma suo.

Cedunt

Cedunt arma tamen: felix Hispania vincit:

Florent maiori fortia regna duce.

Accedit, pars hæc reliquum supereminet Orbē:

Hanc ideo diuus sumit, habetq; suam.

Ergo digna suo dactore Hispania diuo,

Et dux Hispano milite dignus erit.

Inde pates gaudent, pariter sua brachia iungunt:

Gaudet vterq; suo, gaudet vterq; bono.

A D D I V V M P A V L V M  
ab equo lapsum.

Ibat eques Paulus furij accensus, & ira:

At cadit, immensi præualet ira Dei,

Qualis dura cadit cælesti à fulmine quercus,

Vel templum, aut magnæ mænia celsa domus;

Vox Cæli fulmen, ruit ingens machina Paulus:

Non nisi de magno vulnere magna cadunt.

At casus melior pro queru palma resurgit:

Proq; domo ellectum vas pretiosa ferens.

Palma tuos totum ramos effundit in Osbem,

Et vas æternas in genus omne dapes.

Paulus vtrunq; tulit superi duo munera cæli;

Quiq; soli fuerat, dux erit ipse poli.



*Dulcis Miscellanea.*

AD SAGITTAS, ET VULNERA  
Diui Sebastiani.

Sentit amans flamas succenso in corde Sebastianus,  
Dum calido summi flagrat amore Dei.  
Ergo furit febris, auxilium par flama requirit:  
Ut magnus morbus, sic quoq; remedium.  
Ergo multa iuuant ferientis spicula teli,  
Atq; iuuat multis apta sagitta locis:  
Sic poterit feriens late de pectore sanguis  
Exire, immensi sic amor ille Dei.

AD IOANNEM  
Euangelistam.

AC EIVS EVANGELIVM,  
quod incipit.

IN PRINCIPIO ERAT VERBUM,

Nil valet obstantes radios, solemq; tueri,  
Sit nisi perspicuum lumen agens aquilæ.  
Sol Deus est, tenebrisq; imæ lux aurea mentis;  
At Ioannes aquila est, quæ videt, & volitat:  
Ista altum subiqtq; Deum, aspexitq; nitentem:  
Cæcuit fortis cetera turba Deo,

**A D E V N D E M D I V I N A M**  
*aquilam.*

Iam periere arcus, perijt louis armiger alesq;

Cessarunt vani p̄felia ficta Dei.

Oitus Bethlemico puer est in rure, Ioannes

Armiger huic ales seruit, ut illa, Deo.

**A D E V N D E M F E R V E N T I**  
*oleo immersum.*

Nil nocet ignis agens, sequi non ita tyranus:

Est leuis effectus iam medicina dolor.

Iam medicina oleum manet, & grata vnda:rosatū

Est oleum, Ioannes est rosa bella meus:

Est rosa, crux lignum spinosi verticis, vnde

Ora inter vanas hac rosa pulchra rosas.

**A D E V N D E M I N T E R**  
*rogatio.*

Dic mihi diuorum princeps, dic regius ales?

Dic mihi? si dubitent an homo sis ve Deus?

**R E S P O N S U M.**

Omnis homo perit, hac remanes de lege Ioannes:

Nullus homo it superos, tu petis astra, polos.

*Dulcis Miscellanea.*

Tu placido recubas diuini pectoris antro:  
At solus summo Deus valet esse Deo.  
Sunt tibi cœlestes diuino à sidere mores:  
Sublimes superæ sunt tibi mentis opes.  
Nil tibi terrenum est, summo plena omnia cælo.  
Dic, responsa peto, sis ne homo, sis ve Deus;  
Tu regnans cæli volueris, tu soluere nodos:  
Tu poteris sensus soluere vincla mei.  
Hoc certum est, magno claræ de stipite matris,  
Nullus te maior, nullus erit melior.

ANNVNTIANTI A N G E L O  
Gabrieli.

Miscet supremis tellus connubia diuis:  
Supremo mulier fit dea iuncta Deo.  
Attræ sunt plenæ, quæ plena est gratia dotis,  
Scriptio verba: alto sunt opus ista Deo:  
Magnū opus, huic tātūm satis est immēsa potestas:  
Hæc Gabriel, ideo conciliator erit.

A D E V N D E M.

Descendit superis Gabriel demissus ab oris:  
Isacidumq; petit, Nasaridumq; domos.  
Ingens qui mittit Deus est, cui mittitur ingens  
Est Virgo, & magnum quod parat autor opus:  
Magnum iter, & cœli magna est distantia, grandis  
Vtilitas, grandis gloria, grandis honos,

Quæ

Quę fluit inde ingens est gratia, quę venit inde  
Dos magna, & roti gaudia magna solo.  
Ergo ingens Gabriel, nam fuit ingentia, claudi  
Non poterat paruo machina tantum loco.

## ANNUNTIA TIONI Virginis.

Postquam terrentes superum, regisq; supremi  
Cessarunt ira, & longum vindicta per Aeuum  
Desire, ut latis concordi fadere terris  
Gauderet pax lata, alto celer Angelus Orbe  
Sumit iter (Gabriel virtus, seu vera potestas  
Dicitur) Isacidum tractus, Galilaeaq; tangit  
Littora, & exquirit Maria pulchra atria dinæ.  
Iamque subit, cella inque intrat, qua regia Virgo  
Diuinum exercebat opus, cum iussa tonantis  
Exprimit, & tremulo has ducit de pectore voces.  
Salve diuinis cali Virgo aurea donis:  
Gratia & innumeris tu plena es dotibus, ipse  
Nunc tecū Dominus, nunc es benedicta per omnes  
Famellas: benedictus erit de viscere fructus  
Egregio, nunc supremis felicior astris,  
Nunc cali Regina, soli dulcissima Mater:  
Verbi Mater eris summi: tibi filius ingens  
Emanuel vita, & cæci lux unica mundi.

Hæc

Dulcis Miscellanea.

Hac ille: at Virgo rubetum perpessa decorem  
Defixos tellure oculos, vulnusque tenebat.  
Nec dubitat, rari querit discrimina casus.  
Aligeri instigans sensum: quies Angelus, inquit,  
Hoc potuit venisse modis: ego Virgo pudica  
Non turpem cognosco virum; nec ve, usq; marito  
Tradita, concluso sancti mihi limine mores.  
Magn⁹ ad hac Gabriel: magna est tibi gratia Virgo  
Grata Deo, non hac metuas, te altissima totam.  
Proteget intactam virtus, te spiritus ingens  
Seruabit generatrix: tunc miss⁹ vertice magni  
Concepit Virgo iussum Patris: unica dixit  
Ecce ancilla Dei fiat suprema voluntas:  
Tota adsum, ille ingens Deus omnia possidet, ille  
Magnificat Gratia hanc animam: sic spirit⁹ altis  
Dotibus exultabit ouans, sic gloriatoram  
Cinget, et aeternos stabit mea fama per annos:  
Nec plura: ille altis velox se nubibus abdit  
Aligerum exercens corpus, quo sidera tandem  
Rumpit, et Empyreis tangit spatia aurea cali.

AD VULNERA DIVI FRANCISCI de Assisi.

Quinque tulit quondam bellator vulnera Christus:  
Franciscus totidem vulnera diuus habet.

Sed

Sed dispar ratio est, inimico à vulnere Christus  
 Hęc habet, à Christo vulnera diuus habet,  
 Hic ergò superat: plus est hoc nobile vulnus,  
 Scilicet infiſtum nobiliore manu.

A D D I V V M B A R T H O L O-  
 meum pelle exutum.

Dum subit Empyrei diuus spatia autea cæli,  
 Et pellem, & vestes exuit ille suas.  
 Sic decuit, nam stricta alti flat ianua portus:  
 Sic intrare lcuis, sicquè subire potest:  
 Nec nudus sine pelle, vlla sine veste manebit:  
 Aeterni vultus gloria vestis erit.

L V D O V I C V S D I V O L V D O V I C O ,  
 & Malacæ diuo.

Aduenias fælix Ludouicus, Gallia fælix,  
 Aduentu fælix vnda, solumquè tuo.  
 Et fælix aura, & superi astra omnia cæli,  
 Fælices diuo noxquè, diesquè suo.  
 Omne genus fælix, fælicior est tamen vna  
 Tellus nocta diem Malaca diue tuum.  
 Inde tuo fælix ego sum de nomine, & omnes  
 Felices, celebrant qui tua festa, chori:  
 Sum fælix ideo, sed plus idem alta supremi  
 Si subeam, diuus fac meus, astra poli,

Huius nempe san-  
 cteti die Malaca ad  
 Christianorum im-  
 periū redacta est,  
 mauris profligati-

Diuæ

## DIVÆ LVCIÆ.

Lucia conde tuum tenebroso in carcere lumen,  
 Inuideant luci ne fera bruta tuæ:  
 Aut, si forte iuuat, geminam virgo erue lucem,  
 Ut tibi sit gemino maius in orbe iubar:  
 Ponet pro geminis oculis duo sidera tellus:  
 Pro totidem cælum sidera bina dabit.  
 Ergo utroquè simul lucebis Lucia in Orbe;  
 Lucens itella solo, cynthia clara polo:  
 Nec solùm hoc, superest tibi lumen Lucia, visum  
 Das oculis, lucem restituisquè suam.  
 Sic altum superas solem: hic offendit ocellos:  
 At iuuat hoc lumen lumina bina tuum.  
 Ergo tibi, & nobis luces, terrisquè, poloquè  
 Lucia diuersis lucida facta modis.

AD DIVVM PETRVM  
Crucifixum.

Pendet amans Christi crucifixus in arbore Petrus;  
 Crux eadem sanè est, non ita vulnus idem.  
 Binos ille pedes tradit, duo brachia, figunt  
 Bina manus, figunt vulnera bina pedes.  
 Cor tamen, & sedem generosi peccatus amantis  
 Intacta à diro vulnere diuus habet.  
 Scilicet, ut mensa spatio tempore gaudens  
 Iuuat, ametquè suam terquè, quaterquè Crucem.

DE

DE SIMILI AD EVNDEM.

Tu me sequere.

Ibat ad infensa Christus fera vulnera mortis;

Hunc sequitur Petrus, quem vocat ille, suus,

Ligao ideo moritur magnos imitatus honores;

Et precepta sui, consiliumq; patris.

Sed dispar cubitus: superqs hic suscipit orbes,

Atq; Deum, Christus terram, hominesq; suos.

Sic est conueniens, generi sic conuenit omni:

Pro genere humano Christus homo patitur.

Pro domino Petrus, supero cui gloria regno,

Et regni clavis, iudiciumq; datur.

AD EVNDEM VINCVLIS

detentum.

Solute pedes Petrus, & fortes abrumpe catenas:

Sic tua vincla nocent, ut leuis umbra iuuat.

Non aderit radians cæco sub carcere Phæbus,

Non umbra vlla, ideo non erit vlla salus.

Ergo foras exi toto spectabilis Orbe:

Roma caput, multas orbis habebit opes;

DIVO BENEDICTO AVISSENSI.

Quid benedictus habet benedictū est, aurea recte,

Ergo iure suo nomina diuus habet.

## Dulcis Miscellanea.

Est donis benedicta manus, benedictaq; proles;  
Et benedictus honor, & benedictus amor.  
Sunt quoq; laudandi benedicto in pectore mores,  
Et tandem cunctis est bonus ille modis.  
Maius habet, scilicet benedicta est, possidet istam  
Diuus, & haec diuum possidet una suum.  
Haec inquā mea surgit Avis, seu splendida plectris  
Facta meis, dino seu benedicta suo.

## D I V O A M A R O.

Absit amara lues diuis, nam dulcis Amarus,  
Et dulci resonat dulcis in ore sonus.  
Dulcis vita inter superi coniuia cętus,  
Dulce decus, dulcis gloria, dulcis amor.  
Siquid habet, rectum id sanè, scelus odit amarū?  
Ergo simul gratus, dulcis, amarus, amans;

## D I V O A V G V S T I N O.

Augusti resident Augusto in pectore mores:  
Haec Augustinus munera diuus habet,  
Præstat & in toto florens sapientia mundo:  
Cedit Aristotelis, Democritiq; Sophos:  
Nec minor est virtus, generoso dulcis IESVS  
In corde, & celi dulcis inhæret amor.  
Iure ergo Augustus, siue Augustinus habetur,  
Augustus multis qui solet esse modis.

D I V O

*Tomus secundus.*

10

## D I V O B O N A V E N T U R A.

Hic prauū nil diuus habet, bona cuncta supersunt;  
Iste bonus, sapiens, dulcis, amicus, eques:  
Nec satis hæc varijs fortuna est optima rebus:  
Ventura idcirco est, & simul ipse bonus.  
Iure ergò Ventura bonus, bona scilicet vous  
Possidet, & multis est bonus iste modis.

## D I V O T H O M Æ.

Mitte manū; en quinq; ad sunt tibi vulnera Thoma:  
En dulci calidum flagrat amore latus:  
Tange iterum, dona inuenies cælestia diue,  
Dona tibi, claram Christiadumq; fidem.  
Rectum ex errore est: non hic incōmodus error:  
Sæpe malum certi est addita causa boni:

## D I V O T H O M Æ D O C T O R I

*Angelico.*

Quas cælum vires, & quas tenet Angelus artes,  
Hæc etiam Angelicus munera doctor habet:  
Est pariter pat vita animis cælestibus, ergo  
Vtroq; Angelicus munere doctor erit.



Dulcis Miscellanea.

SANCTO MATTHIÆ;

Cedant sortis opes, sors, & fortuna valete!  
Matthiæ maior sors venit vna mei:  
Sed non sola venit, meriti quoq; gloria magna est:  
Nam bona pro meritis sors solet esse bonis.

S A N C T Æ A N N Æ.

Virgo Deum tulit, Anna deam: formosus uterq;  
Partus, & à partu est vtraque pulchra suo:  
Anna tamen duplici (si fas est dicere) vincit:  
Alter enim partus iam solet esse nepos,

D I V Æ I L I S A B E T Æ.

Grandia totius cedant miracula mundi:  
Monstraque de partu prodigiosa suo.  
Sunt duo maiores partus, duo maxima ventris  
Munera, de supero quæ cecidere polo.  
Virgo vnum tulit vna, vnum vetus altera partum;  
Virgo suum, sterilis † Ilisabeta suum.  
Virgo Deum peperit, sterilis fœmella Ioannem;  
Vtque Deo hic similis, sic fuit illa Deæ.



D I V A E M A R I A E  
Magdalena.

Si lachrymæ peccata lauant, formosior inde est;  
Et melior lachrimis Magdala facta suis.  
Qualis adest rosa bella, madet quæ rore cadenti;  
Vel pluuiio nubis reddita clara polo.  
Ergo effunde tuos gemino de lumine fletus;  
Effunde ut geminum possis habere decus:  
Nam prosumt animis lachrimæ, & summa ora venustatæ;  
Funde ergo, ut binis sis dea pulchra modis.

D I V A E B A R B O R A E.

Barbara quod fueris non est tibi Barbora nomen;  
Sed quod barbariem, duraq; monstra fugas;  
Scilicet infestos crudeli marte tyrannos,  
Et grandes mira deiijcis arte feras:  
Bello, ac arte potens Virgo, cui fulgidus æther,  
Cui terræ fructus patet, & vnda maris.  
Sic sapiens, sic diua potens: tibi nomen vtrunq;  
Quadrat, & hinc istis Barbora dicta modis.

D I V A E C A T H E R I N A E.

Cedat Sara suo, & Nino regina marito,  
Et formosa Rachel, & dea vana Vnus.

Pulchrior

*Dulcis Miscellanea.*

Pulchrior est multò Catherina, & dotibus ingēs;  
Innumerum toto vincit in Orbe genus,  
Scilicet in superos Virgo condescenderat Orbēs;  
Hec remanet Summi virgo relicta Dei.  
Sicut tuis sposo gaudet sponsa vtraq; cœlis  
Sic sposo nupta est vtraq; diva suo.

**D I V O   M A T T H E O;**

Sunt tua terrenis coniuncta negotia rebus  
Matthæc, ad superos sed via facta polos.  
Divini fecere oculi, qui pectora mutant,  
Inque bonum vertunt, quod solet esse malum;  
Scribe ergo Matthæe, poli tibi littera restat:  
Divini Scriptor numinis alter eris.

**D I V O   A N T O N I O   D E   P A-**  
dua, & Francisco de Assis.

Si natale solum patri cognomina diuo,  
Cur non Antoni sic dedit illa tuum?  
Cur Paduanus eris, cum sit pater Assius, aut cui  
Nomen Vlysea non erit vrbe tuum?  
Dat Padus huic finem, sed tota est gloria finis;  
Dimidium facti, qui bene cepit, habet.



Q V I N Q V E M A R T I R I B V S  
Franciscanis.

Quinque iacent lato Marroqui semina campo;  
Et totidecū pululant, quas tulit ille, rosa:  
Adiutus, Petrus, Berardus, Acutius, Otho,  
Sunt quinque, effuso sanguine quisque rosa est;

D I V O E V L A M P I O , E T  
Sorori Eulampiae.

Cedite totius Lampas duo sidera mundi,  
Sol medio, profugo Cynthia pulchra die:  
Clarior est cæli Lampas Eulapius, astrum  
Palchius eiusdem nominis alma Soror.  
Vita, & luce micant, noctu seu morte coruscat;  
Ambo pates animis, martyrioque pates.  
Semper uterque niter, condit sua lumina Phæbus  
in nocte, in medio Cynthia fusca die est.

D I V O B L A S I O .

Mollia si resonas efformant guttura voces  
(Sæpe malum infirmi gutturis esse solet)  
Blasius hæc sanat: dent ergo guttura voces;  
Atq; canant laudes non nisi diue tuas.

Dulcis Miscellanea.

VIRGINI REMEDIORVM.

Prælia erant: terris cælum pugnabat, & imus  
Magna Deo grandi bella gerebat homo.  
In medio mulier posita est: cessavit utrumque,  
Et duplex humili pax fuit orta solo.  
Remedium duplex medium est, tulit unica Virgo:  
Ergo remedii nobile nomina habet.  
Maius habet, solet hæc misericordia succurrere Virgo;  
Remedium cunctis quæ trahit una malis.

IN FESTVM DIVI LAURENTII.

I N T R O D V C V N T V R  
quatuor, Angelus, & tres virtutes, qui-  
bus hic insignis, patientia, cha-  
ritas, liberalitas.

ANGELVS.

Accipe Laurenti formosa ad tempora laurum;  
Respondet meritis pulchra corona tuis.  
Te ducit triplex altum super æthera virtus:  
Est patiens virtus, & pretiosus amor.  
Est simul ardenti libertas gravior auro:  
Ergo canant laudes tres tibi diue tuas.

ALICIA

PATIEN-

PATIENTIA.

*Nil Decū valet ira ferox, nil dura tyranni  
Cruelis rabies: aduersa per arma, per ignes,  
Per ferrum, & Martem, tormētaq; plurima, rūpit  
Victor, & aethereo fulget Laurentius orbe.  
Durior est ipso constans patientia ferro.*

CHARITAS.

*Ardet amans, patiturque duos Laurentius ignes:  
Hic amor ad fratres, ast amor ille Dei.  
Nil igitur togus obstat, nil flamma nocebit:  
Nil istic quid agat tertius ignis haber.*

LIBERALITAS.

*Hic liberali pectore contulit  
Aurata mæsto munera pauperi,  
Reddensque ocellos luminosos  
Damna fugat tenebrosa cæco.*

DIVO CHRISTOPHORO.

*Athlantem longè superauit maximus Athlas:  
Nam maiora humeris sustinuisse ferunt.*

.D.

Si

Dulcis Miscellanea:

Sit tulit ille polos, supremi hic sidera cæli;  
Hic maria, & terras, hic genus omne tulit.  
Ergo Athlas cedat, cedant diuine, deæ quoque:  
Hic puerum, atque Deum, qui gerit omne, tulit;  
Indeque Christophorus; quadrat hæc nomina diuino,  
Sive ferens Christum, Christoferensque fuit.

I N F E S T O C E L E B R I  
Diui Ignatij sequentia.

IGNATIANAE FAMILIAE:

Prima per ingentes facta est Ecclesia terras,  
Quam Petrum Athlantem sustinuisse ferunt.  
Huic datus est Paulus frater, quoq; maximus Athlas;  
Sustinet hic pondus, sustinet ille polos,  
Sed nouus inde orbis, nouus inde Ignatius Athlas,  
Magnaque qui gestat pondera frater adebat;  
Officium simile est, numero tamen impare gaudent;  
Millia progenies hæc habet, illa decem.

A D M Y S T E R I O S V M  
Ignatij nomen.

Corde tenet placido frænatam Ignatius iram;  
Et quidquid rabies inuidiosa potest.

Nil

Nil teatat sine lege mali, nil fraudis iniquæ:

Omnia composite membra tenore iacent,  
Iure ergo innocuus, vel nunc Ignatius esto,  
Innocuas semper qui tenet ille manus.

N O M E N A L I T E R  
interpretatum.

Ardet amans, et latque suos Ignatius ignes,

Vnde suum nomen, nam fuit ignis amor:

Ignis Iesus, amans gerit hunc in pectore diuus;

Ardet amans ideo, nam fuit ignis amor.

Ergo sit ignitus, vel nunc Ignatius esto:

Sunt simul, & feruent ignis, Iesus, amor.

A D E V N D E M D I V V M Q V O D  
omnimodam dictam septem diebus  
sustinuerit.

Septima robustum perimunt iejunia corpus:

Terminus hic vita, si fugit esca, dies.

Non tamen has patitur leges Ignatius ingens:

Hunc iejuna iuvant, hunc labor omnis alit.

Vel quoniam ipse magis cœlesti nectarare vivit,

Vel quia cœlesti nulla dicta nocet.



Dulcis Miscellanea.

ALTERO CRVRE LABORAVIT.

Claudicat insignis cruce uno Ignatius, vnde  
Semita prima sui, principiumque, boni.  
Scilicet in superos ducit via pulchrior orbes;  
Quique solum quondam pes tener ille polum:  
Terra grauat, summo leuior pes in aere surgit,  
Ceu mens ia summum quæ volat alta Deum;  
Altior hinc diuus, cen magni filius Isac:  
Hic lucta, claudio fortior ille pede.

VT HIC CHRISTVM INSEQVITVR.

Herba vnum insequitur, solem vnum Ignatius, vnde  
Vtraque solaris (si licet) herba manet.  
Sol diui Deus est, herbae sol fulget olimpo:  
Ita saum solem querit, & ille suum.

MIRACULOSO XAVERIO,  
qui septem defunctos viuos erexit.

Teodit ad extremos grandis Xauerius Indos,  
Quod miranda facit, nam sua mira fides.  
Sed maius, septem iam mortua corpora surgunt;  
Sunt totidem supero sidera magna polo.  
Ergo Deo similis, totus si corruat orbis,  
Qui totum possit condere diuus etit.

EIDEM

EIDEM QVASI ORIENTIS.

Stellæ pulcherrimæ.

Sic micat extremos Xaueri stella per Indos;

Betledmi ut quondam stella benigna soli;

Hec reges tulit, & mundo insinuavit Iesum,

Ad Christum varios dux tulit iste duces.

Officium simile est, numero tamen impare distant;

Hic multos diuus, tres dedit illa Deo.

ET RVRSPS STELLAE.

Res mira est, simili fulgent duo siedra mundo;

Xauerus terris, regia stella polo.

Nil mirum in celo: dant ut miracula terris,

Scu stella inferno diuus in orbe micans:

DISPUTATIO INTER FRANCISCVM

Xauerium, & Assisium Franciscum,

qua veriusque laudes circum  
feruntur.

Quinque habet a Christo Franciscus vulnera diuus;

A diuo totidem vulnera Christus habet.

Officium simile est, animo tamen impare distant;

Ille hominis dolor est, sed dolor iste Dei.

Dulcis Miscellanea.

*Altius* Est quoque nomen idem, at superat Xauerius, ista

*Maius opus diuinum,* Vulnera subiecto nobiliore iacent.  
*Suppositumque fuit.*

*Vicus*

*Pulchrius hoc, secundus pulchrior ista  
fuit.*

VEL RVRSS.

Assius alter adest, alter Xauerius, vnum  
Francisci est nomen, non tamen omes idem.

Assius accepit crucifixi vulnera Christi:  
At data Xaueri vulnera Christus habet.

Gratus vterq; Deo est; vincit tamen Hispania tellus;  
Nam qui dat maior, qui capit ille minor.

VEL TERTIO.

Emicat Hispanis alter Franciscus in oris,  
Alter in Italiam finibus ortus adest.

Huic dedit ipse suos habuit quos morte dolores  
Christus, & ex illo persimiles recipit.

Sentit amans Christus Francisci vulnera, Christi  
Franciscus patiter vulnera sentit amans,

Assius alter adest, alter Xauerius, iste  
Infligit Christo vulnus, & ille capit.

Ergo commissi dubia est victoria martis,  
Pulchrior, & maior f hic sit, an ille dolor?

Alta petit leuis Hispani dolor, Assius imum:  
Hic terram, ille polos, hic hominem, ille Deum?  
Pulchrius ad superos volitare, & summa subire,  
Pulchrius esse polo, pulchrius esse Deo.

DVOBVS

D V O B V S X A V E R I O,  
atque Ignatio.

Qualia supremo fulgent duo sidera cælo;  
Vel duplex uno, quod micat orbe iubar;  
Tales Franciscus, fraterque Ignatius ardent;  
Sol, & luna polo, lumina bina solo.  
Maius habent, semper lucent noctuque, dieque;  
Sol noctu profugus, profuga Luna die est.

E T R V R S V S.

Cedite Lædei fratres, duo sidera celi,  
Cedat amor vester, parque in amore fides.  
Pulchrior est lampas fulgens Ignatius, astrum  
Xaucrus cælo pulchrius alter adest.

P O E M A H E R O I C U M  
utriusque festum celebrat.

Oceani ripas olimq[ue] Neptunia regna  
Egregius lustrabat honos, cali aurea lampas,  
Vel Sol humanus, vel grande Ignatius astrum.  
Hinc tandem formosa Ebri petit ostia diuus  
Cominus attingens flumē: veneratur eunte (eis  
Nympha hilares, veneratur amas nemō òne virē-  
Hesperas

Hesperia rident flores, & lilia; rideat  
 Arboreum genus, & grata spiracula vallis.  
 Sed medias inter salices se attollere monstrum  
 Incipit (hoc Proteus luctabat gurgite vates) milie  
 Et sensim lenti sequitur vestigia passus  
 Extendens palmas diui fugientis amore.  
 Huic heros hominum seu naturalis imago,  
 Seu Barathri metuenda lues, siue aurea diuum  
 Progenies, quae te nostris causa accullit oris?  
 Quae ratio vita gelidis manifesta sub undis.  
 Tunc ille vndanti rerans caput extulit aluo,  
 Et paucis, inquit, casus, aduerte, docebo.  
 Sum Proteus magni Oceani, Tethiosque suprema  
 Filius, etas me prisca delusa colebat  
 Hesperiae, & falso diui mutabat honore:  
 Nunc fatum agnoscō miserum falsamq; deorum  
 Progeniem viues liquidas, natitansq; per undas:  
 Sed quoniam gratum felix te miseris ales  
 Huic pelago, accipies animū, & ventura per eū  
 Faratibi, nam vatis adhuc mihi spiritus hæsit  
 Antiqui. Primo Hispanas dux inclite gentes  
 Muneribus cali afficies: tibi magna per Orbem  
 Religio longos mundi que viset ortus,  
 Christiadasq; suo faciat de nomine gentes.

Primi aderunt fama celebres: tibi filius ingens  
 Quem Castella tibi mittent Xauera, per Indos  
 Ibit, & aduerso fortis dominabitur ortu.  
 Huic cedet Garamanta ferox, huic Persicus horres,  
 Extremaq; Arabum facies: hunc denique mirum  
 Portentis, rebusq; altum, & virtute potentem  
 Cantana accipiet cellus, animamque per eum  
 Transferet omnipotēs Deus astra in summa beatā.  
 Tu verò horrendi media inter pralia Martis  
 Principium cali accipies: immane pedestrem  
 Tormentum diro lacerabit vulnere truncum  
 Pamplona talis quondam sauleius heros  
 Atonitus cecidit: summi vox unica diui  
 A rapido turbavit equo, vocemque repressit.  
 Hinc demum excedens patrūs infanda per omnes  
 Signa dabis populos: celebris loca sancta Sepulchri,  
 Et fines perges Solimorum, ut denique cali  
 Divinos passus humanis passibus aeques.  
 Hinc tractus Itali, & Romæ longa arua videbit  
 Te calo elatum supero, miracula cernent  
 Grandia, mirandu n Doctorem, aliumq; Magistrū  
 Doctrina caelstis: erit noua gratia dictis,  
 Spiritus in verbis: infusa scientia totum  
 Conficiet, virtusque aderit tibi calitus omnis.

Dulcis Miscellanea.

Hic tandem gestis felici morte sepultus  
Asendes super astra deum, centroque recumbens  
Potabis lenes diuini fluminis undas.  
At prius hac malim memores, ut gloria cali,  
Ut tantus terris honor, atras conuenit iras,  
Horrendumq[ue] pati, atq[ue] flagela minantia, cadent  
Compluti ciues, stabit ifera Gallia contra;  
Parfumque decus, peruersaque militis arma.  
At medias inter cedes, mediosque labores  
Petrus erit, Virgoque parens, & Filius ingens  
Ante oculos, viresque ferent, concitisque perenne  
Auxilium: non arma dicum, non ferrea moles  
Auertent fortes animos: dabit anteruinam  
Pauperes, septemque noui ieunia solis.  
Tandem pro meritis Paulo sub principe cresceret  
Aultus honos, scribebat legem, statuetque beatum.  
Postea Gregorius labenti tempore sanctum  
Constituet: dabit assensum Romana propago,  
Conuentusque patrum, unde omni solemnia mundo  
Festa aderunt, & plena suis altaria donis.  
Iam nunc Hesperia plausus, coniunctaque cerna  
Gaudia prcipuum tellus tibi Lysia reddet,  
Eborap recipuum; Malacorum electa iuventus  
Excollet longè famam, viuisque libentes

Ostenderet

Ostendet gaudens populus: vox una sonabit;  
 Viuat per totum fulgens Ignatius orbem.  
 Et rursus festa adiungent: en lucidus æther,  
 En cælum flammis crepitans, ecce aurea cernō  
 Munera: barbarico stabunt depicta colore  
 Stramina: erunt virides per rura, et mænia rami:  
 Passim aderunt læti cantus, hilaresque choreæ,  
 Et suaves per templa chori: vox una sonabit:  
 Viuat per totum fulgens Ignatius orbem.  
 Hec dicens iterum molli se se abdidit alio  
 Flumineus vates: at summis excitus astris  
 Discessit pariter diuus, spatiuumque per omne  
 Duxit amatoris venerandum nomen IESVS:

## AD DIVINUM SPIRITVM sic denotus iter facturus.

Salve supremi dominator Spiritus orbis:  
 Salve diuini flamma benigna sinus:  
 Salve locentis decus admirabile cæli,  
 Et nostri custos, auxiliumque soli:  
 Tu cordi vites, tu lumen sensibus addis:  
 Vtrumque officium, ceu duo dona regis:  
 Sic verus ductor, sic verus & ipse magister:  
 Ergo potes, certum sic dabis unus iter,

*Dulcis Miscellanea.*

Nostrum iter in promptu est: tu claro lumine certū  
Effice, & hoc tutum viribus ipse tuis.

I D E M   V I R G I N I S   S P E I  
precatur auxilium.

Spes sine m quētit: Deus est, & gloria finis:  
Spem certam finis nobile pectus habet.  
Nobilis es Virgo, & lapi spes vna cōmōndi,  
Vnaque quæ nostris spes solet esse malis.  
Spes omnis tecum, sine te spes nulla salutis:  
Omne bonum tecum, nam Deus omne bonum;  
Ergo veni: præsens iter est: spes vna cōstat:  
In te speramus, qui bene sperat, habet;

SIMILITER DIVO IGNATIO;  
atque Xauerio.

Flagrat diuino fulgens Ignatius igne:  
Xauerus summi flagrat amore Dcī:  
Ambo florentes æstatibus, Hispales ambo,  
In meritis ambo, martyrioque pares.  
Ambo igitur poterunt dare lato a fidere lumen;  
Et regere incertum nauis cunctis iter:  
Ut possunt sic ambo volunt, nam sancta voluntas:  
Vtque volunt ambo, sic ego gratus ero.

TANDEM

TANDEM DIVO ANTONIO  
Vlysiponensi errans in  
itinere.

Non aurum, non gemma deest, Antonius omne  
Amissum reparas, restituisque bonum:  
Nec mirum, sedet ipsa tuo sapientia libro:  
Et liber hic puerum, qui tenet omne, tulit.  
Perditus hic tuus est deuoto pectore seruus:  
Inuenies profugam, ceu Deus alter, ouem:  
Iste dabit magnas æterna in secula grates:  
Sic dabis Antoni, sic dabit iste tuus.

IN FESTVM BEATÆ VIRGINIS  
in celeberrima Assumptione,  
post mortem trium-  
phantis.

Ad pugnas sequitur merces, ad bella triumphus;  
Palmaque martyrij est meta, laboris honor.  
Virgo tulit magnos vario sub marte labores,  
Tristitiamque Crucis, martyriumque dolens:  
Ergo pugnauit, mundumque evicit, & orcos:  
Quid restat? cælum, palma, triumphus, honor.



Dulcis Miscellanea.

IN NECESSITATEM MORTIS.

Mortis peccatum causa est (vis dira veneni)  
Non habet hoc Virgo, non ideo moritur.  
Ergo si moritur restat causa altera, namque  
Lucunda in sanctis mortis solet esse dijs.  
Hæc desiderijs flagrat gnatique, patrisque:  
Non ergo hanc vincit mortis fera, vincit amor.

IN NECESSITATEM ASCENSUS.

Dum Phœbus superis habitat, dum Cynthia terris:  
Hæc patitur, lucem nam dedit ille suam.  
Luna eit Virgo patens, Sol Filius: iste decorum  
Contulit, & varium, quod tenet illa, bonum.  
Ergo iungantur cælo: sic Cynthia Solem,  
Et Virgo natum sic feret alma suum.

IN FESTIVITATEM  
Virgineæ Assumptionis.

Terraribz dum sœua lues, truculenta que lethi.  
Progenies sacri vultus, altæque minatur  
Discessum dominæ, claro simul aere longæ  
Aligerum stant circum acies, simul vndique tellus  
Ridentes spargit flores, & lilia perflat.

Illa

Illa subit gratos Solis vestita decores,  
 Luna pedes pulchram sex ornant sidera frontem,  
 Sex retro miram componunt astra coronam.  
 At masti gemitant socij: duo lumina fontes  
 Siue duo, ingentes lachrimarum effundere riuos  
 Incipiunt, & tandem altum super aera diuans  
 Suspiciunt, tenduntque suprema ad sidera palmas.  
 Illa volat, sequiturq; agmen venerabile, & omnis  
 Aeternæ populæ patriæ ante omnia magnus  
 Signifer aurata in clamide, & lucentibus armis  
 Paulatim graditur Michael, dicitque cohortes  
 Aligerum: accingunt agiles simul vndique plantas,  
 Et latos vultus gratos mirantur honores  
 Virtutum, queruntque alia primordia gentis:  
 Non hanc te terris oream, non stirpe maligna,  
 Non homines inter gentiam, sed nomine credunt  
 Immenso, & sola diuini omnipotentis in umbra  
 Seruatâ: sic in dubijs concursibus errant  
 Sublimi in spacio, atque Deam sectantur euntem.  
 Ecce unus cali procerum qui cognitus inter  
 Virgineos Gabriel tractus habitanerat olim,  
 Ulterius leuiter graditur, versusque per omnes  
 Excollit vocem, & placido sic incipit ore.  
 O generosa cohors, si veri tanta cupido,

Si vos

Dulcis Miscellanea.

Si vostantis amor mirandos cernere casus  
Cogit, et excelsum preclarae Virginis ortum,  
Este animis, gressumque modo paulisper & alas  
Tardanti frenate gradu, atque intendite vultus.  
Nasaridum de gente fuit diua unica mater  
Anna Iacobini coniux clarissima Regis.  
Hi Mariam genuere Deam, qua pulchrior nulla  
Non fuit, aut toto species pretiosior orbe.  
Hanc Deus aspergit supra, captusque nitore  
Virtutum exoptat visam, matremque requirit.  
Me me igitur certam ad sedem Galilaeaque misit  
Littora, ut excelsum concordi fadere calum  
Cum terris, hominemque Deo coniungere solus  
Possem ego: supremas dedit alta ad munera vires.  
Dixi mater eris summi, tibi filius ingens  
Emanuel, qui toto aderit dominator in orbe,  
Christiadasque suo faciet de nomine gentes.  
Virgo timet Matris uomen: verum ipse recuso  
Excellens animos: virtus altissima eoram  
Proteger intactam, dico, te spiritus ingens  
Seruabit genitrix: tunc missa vertice magni  
Illapatris iussum recipit, genus unde beatum,  
Calicolaque patres, atque alti munera colli.  
Hinc & Virginea doles, hinc crevit & ingens

Nobis

Nobilitas, hinc maternus sine criminē venter,  
 Virtutum decor, & superi dona aurea diui.  
 Omnia maternum concessit manera nomen.  
 Florenti velut in regno cum pulchrior unus  
 Stat princeps: hūc omnis amat, tantū omnis adoras.  
 Certatim populus, sed postquam regia sumpsie  
 Scepera manu, rengiā altas moderatur habenas:  
 Omnis honos crescit regali munere, crescent  
 Innumerā dotes animis, & corpore vires:  
 Plus opeat, plus omnis cum veneratur, & altas  
 Exultans magno clamat cum nomine laudes.  
 Sic Virgo illustris diuino a Principe Mater.  
 Hac est conclusus formosis floribus Hortus,  
 Dulcis aquae Putens, Dausd clarissima Regis  
 Mille ferens Turris clipeos, mille Arma nocentis,  
 Porta est clausa auro, vellus Gedeonis, & alti  
 Stella maris, Templumque Dei, signataque puri  
 Fontis aqua: excelsi Porta est adamantina cali,  
 Schalaq̄ facta prius: pulchra hac ut Luna, & ut  
 Sol electa, Dei polis hac imitata venustos (alt)  
 Camporum flores, & grata Lilia vallis.  
 Hac Speculum sine labe micās, speiāq̄ inclita mater,  
 Portus refugij, & radiantis Gloria cali.  
 Una tabernaculum pacatis faderis, ista

Dulcis Miscellanea.

Destillans fauus, hac sophia domus, arca condantis  
Supremi, & nullos rubus ardens rufa per ignes.  
Hac summi solium, thronus hec Salamonis, amata  
Visuorum mater, iucundi altare vaporis,  
Lætitia paradisus amans, pulcherrima nauis  
De longe portans panem, vel mane sereno  
Stella micans, surgensque nouos aurora per ortus;  
In castris acies Barathro metuenda profundo,  
Duro in marte quies, fortis pax aurea bellis:  
Est veluti planta rura rosa, velut alta cupressus,  
Vel cedrus, ceu palma virens, vel pacis oliua  
Calicola: simul omne bonum, decus omne suprema  
Virgo gerit superi vincens spatia omnia catus.  
Omnia maternus concessit munera venter.  
Hac ait, atque iterum medium se se inserit agmen  
Enolutans, reliqui miram discernere diaam  
Incipiunt, grandes animos, latumque decorum  
Corporis egregij, volitat simul omnis imago  
Agerum, & pulchros gressus meditantur honores.  
Et supero iam sub calo, atque in nubibus altis  
Ordine quisque suo choreas agit, & sua profert  
Carmina, nunc suavi cythara, nunc organa cantu;  
Nunc dulces resonant moduli, repetuq; vicissim,  
Omnia maternus concessit munera venter.

Sit

Sic longo graditur spatio tecum agmen, & inter  
 Bina elementa horos ducit: calum omne coruscans  
 Assiduo resonat cantu, nemora omnia circum  
 Laet sonant, sicutque canis in nubibus echo  
 Multiplices flexo conservans aere voces.  
 Iamque alto noua Luna micans, & corpora clarat  
 Incorrupta poli apparent, simul omnis origo  
 Signorum, & rutili diuerte munere vultus.  
 Panditur interea grandis domus aurea cali,  
 Conveniuntque alijs supera de sede volantes  
 Caliculae, simul aligeri, simul agmine facto  
 Junguntur, longèque deam comitantur euntem:  
 Cum Michael (nam regis honos datus) ante coruscas  
 Virginea vestis plantas volat, atque supremo  
 Depositis humero signis, & poplice flexo  
 Sic facut diuans: o decus alti, & gloria catus  
 Virgo parens, hac tota domus tibi seruiet, iste  
 Spirituum celebris populus: tibi pulchrior ades  
 Seruatur, tibi multus honos, gradiensq; per omnes  
 Circuitus cali rector, sua sidera monstrat,  
 Et motus, lumenque suum: debinc alta subire  
 Incipit, empyrei quo iam via lucida portus,  
 Pulchra beatorum sedes, ubigaudia semper,  
 Seper amor, mors nulla: animas docet ille beantes;

Dulcis Miscellanea.

Quæ loca Virginibus, quæ confessoribus aula,  
Quæ sedes alijs: ut amico pectore lati  
Libant eternas dinini fluminis undas.  
Hæc loquitur diuus, recipitq; ad sidera gressum  
Corpus ubi existit Christi venerabile, surgit  
Hic velox solito matrem de more salutans;  
Surgit in amplexus varios, varia oscula matris.  
At pater omnipotens solito sedet inclitus alto,  
Bella manu, pacemq; gerens, pietatis, & ira  
Effigies: hinc omne genus spaciū omne gubernat  
Terraque, undosique maris, superumque potentis  
Imperij: semper lucens, atque omnibus unus  
Stat præsens, vultu nunquam mutabilis aeo.  
Illa autem dilectum supra enixa supremi  
Lucentem attingit cædram, cū vertice prono  
Inflexoque genu benedictæ munera sumit,  
Atque inter patrisque manus, & vulnera gnati  
Accipit insignem palmam dextra, atque decorum  
Fronte aurum: sedet inde hilaris, vultuq; sereno  
Impletur cali donis, & munere diuum,  
Accersosque bibit diuino in pectore somnos.



I N F E S T U M C E L E B R E

Ioannis Euangelistæ diuersa  
enarratio.

Qui & recubuit, &c.

Gaudet amans placido Christi sub corde Ioannes:

Dilectum Christus gaudet habere suum:

Cor cordi adiunctū est, amor est cōiunctus amoris

Vnde vnum surgit corpus, & unus amor.

Ergo cessat amor: lēto sunt gaudia corde;

Præsens lētitia est, atq; futurus amor,

Ergo gaudet amor gestans hanc pectoris gémam,

Et gaudet centro condita gema suo.

M I N E V N D E M D E E O D E M T

Divinum mortis rodebat agonia pectus:

Oppressum varijs hoc erat ante modis:

Applicat antidotum: leuis est medicina Ioannes,

Auxilium tanto quę fuit una malo:

Hęc tristes arcet mæsto de pectoris curas,

Et leuat a forti flāmea corda rogo.

E T T E R T I O.

Ritus erat: summus festo veniente Sacerdos

Egregium summo pectoris gestat opus:

Hoc

*Dulcis Miscellanea.*

Hoc rationale est, festum venerabile Pascha;  
 Prima Sacerdotis munera Christus habet:  
**C**eu rationale hoc, ingens ad Pascha, Ioannem  
 Pectorē de summo dulcis IESVS habet.  
 Sic reges aurum, sic festa ad grandia gemmas  
 Suīpendunt, reliquis pulchrior ista dies,

**V E L Q V A R T O.**

Non audet Baptista Dei contingere plantas,  
 Non audet propria Petrus adesse iati.  
 Hic tamen ad placidum divini pectoris antrum  
 Accubat, & placido membra sopore rigat.  
 Accumbuntque genæ, nec mitum, spiritus idem,  
 Pectus idem, ciusdem pectoris unus amor.

**TANDEM IN EVNDEM SENSVM!**

Postquam prima altum leserunt crimina diuum;  
 Et Paridisca est pulsus Adamus humo.  
 Stabat p̄x foribus Cherubin, ignisque tremendus;  
 Ut nullum intraret per loca sancta malum.  
**C**or Christi Paradisus erat, nitet ante Ioannes  
 Ne Iudas viuo possit obesse Deo.

*Vidit Discipulum quem diliebat.*

Magna quidem virtus, sunt magna encommia diui;  
 Ingens laus, ingens gloria, magnus honor.

Sed de dilecto nunquam satis; accipe metam;

Dilectum viui sit satis esse Dei.

*Domine hic autem quid.*

Ibat ad infensa Christus fera vulnera mortis;

Iabant tres, ibant, cætera turba, nouem.

Discipuli sunt qui Domum comitantur cunctem;

Seu Dominus viuat, seu moriatur, eunt;

Est tamen in dubijs Petri mens inclita curis:

Hoc dubium Iohannes qui mouet, unus adest;

Mens ait una, perit nullum de Virgine corpus:

Mortuus est Moyses, Elias non moritur:

Sed nec credibile est Christi flagrantis amorem

Mittere dilectum mortis in arma suum.

Alter ait sensus, nullus de lege superstes:

A mortis nullus conditione vacat.

Vltra: Christus adit mortem, hic securatur cunctem;

Vt sequitur solem mobilis umbra suum.

Ergo si moritur Christus, morietur & iste,

Vt moritur profugo sole, vel igne calor.

Sic errat ventis discordibus asta phasellus:

Sic Petri dubio mens agitata suo:

Verum (quidquid erit) manet hic, viuitq; superstes;

Si manet, haud moritur, non ideo moritur.

*Dic vt hi duo filij mei.*

Ibat ouans Solimæ formosa ad mania Christus,

Solueret ut patri debita iura suo,

*Suffe-*

Dulcis Miscellanea.

Suffererque Crucem: cum Zebedeia mater  
Accedens flexo poplite sic loquitur:  
Dic, ait, o cæli princeps (tua verba potestas)  
Dic ut eant fratres in tua Regna duo,  
Et sedeant: tibi sunt Cathedrae, binæque decēque:  
Hic lœua, a dextris sit meus ille tuus.  
Hæc illi: nescitis ait Dominusque, Deusque,  
Ambo nescitis, nescit & ipsa patens.  
Crux regnum ventura meum, mea gloria Crux est:  
Excellens post hæc bella triumphus erit,  
Stabit & a lœua ligno pendente Ioannes:  
Cor positum lœua est, cor tenet ille meum.  
Et feret hic Calicem, tristis suspiria Mater:  
Mater erit dextris, ille sinistra erit.  
Nec satis hæc, veniet tempus cenæque, cibique,  
Cum sedeat gremio, ceu puer, ille meo.  
  
Mater ecce filius tuus.  
  
Diuina emoriens diuinus in arbore Christus;  
Ultima de summo pectori verba dedit.  
Commisitque animam patris, corpusque sepulchro;  
Latronique illo Regna beata die.  
Concessit Matrem gnato, Matrique Ioannem:  
Ecce tuus dixit filius, ecce tuam:  
Ergo Deus pariter summo cum fratre Ioannes:  
Acquale imperium frater uterque feret.

*Adopriu scilicet  
privilegio.*

Et scimus

*Et scimus quia verum est testimonium eius.*

Vera canit magnus sublimi voce Ioannes:

Sunt vera illa quidem, sed tamen vnuus ait.

Cur igitur scimus? si verbum pluribus istud

Conuenit, & diui vox sonat vna mei?

Sic loquitur princeps: vero de principe regnat,

Et de formoso lumine lumen habet.

Mensa ideo sedet magno cum principe, & ipso

Iuit eques superi sidera clara poli.

*Scilicet eques si  
anima corpus qua  
si equum, super sedes  
superos ascenderit.*

## IN LAVDES TANTI DIVI.

Quis magni poterit numerare encomia diui?

Hæc nullus, nulla hoc dicere lingua potest:

Euangelista est, insignis Apostolus, ingens

Propheta: hic natus virginis, & socius:

Hic virgo sine labe nitens, sine crimine iustus,

Hic aquila ad superos quæ valet ire polos.

Sit satis hoc, ultra non est præstantius illum:

Dilectum viui sit satis esse Dei,

## CONTENDIT DE PRINCIPATV cum Baptista.

Est natus inter maior Baptista, sed alter

Euangelista est maximus, & melior:

,G.

Ille

Dulcis Miscellanea.

Ille ortu grandi fuit admirabilis, iste  
Morte fuit mirus, si valet usque mori.  
Exitus acta probat, maior stat gloria finis:  
Dimidium facti, qui bene caput, habet;

S E C V N D O.

Dum canit ingentis Christus miracula diui,  
Magna que Baptista gesta Ioannis, ait,  
Non maior natos inter surrexit, at ipse  
Venturum maiorem haud negat esse virum.  
Surget avis (veniet tempus) quæ sidera rupat,  
Quæ possit cunctis altior ire deis.  
Maior erit, veniet tempus regique, crucisque:  
Tunc dea mater erit, tunc erit ille Deus.

VEL TERTIO SIMILITER.

Magna quidem fuerant Baptista encomia magni;  
Magna quidem, at similis maxima diuus habet.  
Euangelista est, quo non prestantior vius;  
Sive solo, aut vita, seu nece, sive polo.

Dicimus Deum Gratia Baptiste magna est, huic gratia mater,  
Evangelistam qua Et gratus viuo sic fuit iste Deo.  
si diuinu, rel Deo Ille ingens magno natali, hic nomine raptus:  
Virginis adopriu Ille habitus multis est Deus, iste Deus.  
filium, ut constar Angelus imposuit Baptista nomen, IESVS  
ex supradictis. Huic, quoniam Mariae filius iste deo.

Ille vndas, magnumque super caput astigit, iste

Summa divini pectoris arce sedet.

Collo ille est martyris, corde hic, animoque dolentis

Maximus ille Dei est Angelus, ille Deus.

Propheta ille ingens, hic est ingentior, ille

Precursor Christi est, auctor ille suus.

Virgo Baptista est, virgo hic, tamen amplius unum

Hic habet, excelsus virginis est socius.

Ille inter natos maior, sed maximus iste:

Non etenim huic mulier, sed dea mater adest.

Ergo fuit Baptista ingens, ingentior iste:

Ille quidem maior, maximus ille fuit.

## TANDEM MODERATIVS

æqualis statuitur.

Non inter natos maior surrexit, IESVS

Inquit, Baptiste dum canit acta sui.

Sed non æqualem diuum floremque negauit;

Sunt æquæ vires, præmia, nomen, honos.

Euangelista est, quo non præstantior vilus:

Nam satis, huic æquus si fuit alter, habet,

Ergo pares animis, fide, nomine, marte, triumpho:

Maior & ille quidem, maior & ille fuit.



Dulcis Miscellanea.

I N F E S T V M

Divi Antonij.

H V I C P R A E D I C A N T I

cuius lingua fertur incorrupta.

Dum resonat maris ad liquidas Antonius vndas,  
Gaudent melifluo piscis, & voda sono.

Dum resonat cathedris (habuit quoq; pulpita diu<sup>9</sup>)  
Humanum grato conuocat ore genus.

Semper iucundus, semper laudabilis, omni  
Conueniens generi est, seu fera sit, vel homo.

Ego per æternum viuat lingua aurea tempus,  
Prosit in æternos ut noua lingua dies.

Scilicet Lusitani  
lingue morsu de-  
prehensi.  
Sic decuit, pravas dederat sua lydia voces:  
Hæc decos, in tantis hæc bona lingua malis:

S I C E T P R Ä D I C A N T I .

Melleus Ambroſio diu liquor effluit ore,  
Quo muliere animos, duraque corda potest:  
Nec tantum humanos lenit vox aurea sensus:  
Gaudet iacundo piscea turba sono.  
Ego præcellens inter delphinas Ation,  
Antoni, in filiis Oipheus alter eris.



EIDEM

## EIDEM DOCTORI ANGELICO.

Cedite Doctores: humana scientia cedat:  
Divinus supero munere doctor adest:  
Lulus adest doctor cœlesti Antonius arte,  
Qui sine patre regit, qui sine rege docet.  
Nec mirum, sedet ipsa suo sapientia libro,  
Filius, & verbum; seu Deus, & sapiens.

## EIDEM IESVM SVSTINENTI.

Christophorus grādem ex humeris portauit Iesum;  
Hunc tenuere altæ brachia terna crucis,  
Hunc & Virginei puerum tenuere lacerti,  
Hunc Antoninæ sustinvere manus.  
Vis magna in cunctis, maiorem Antonius addit,  
Si focile, atque humeri plus valet vna manus.

## EIDEM PERDITARVM serum inuentori.

Inuenit excellens amissum Antonius aurum,  
Aueritque malum, solicitatque boandum.  
Sic bonus, & fælix, sic est præstantior unus:  
Sunt quoque fælices, qui sua vota ferunt.  
Nil mirum in factis infante m inuenit IESVM  
Omne ideo fælix inuenit ipse bonum.

TANDEM

Dulcis Miscellanæa.

TANDEM VLYSIPOMENSI.

Gaudet Vlyssipo, nomen concessit Vlysses:  
Non tamen inde suum pars habet ista decus:  
Divus sublimis Antonius addit honores,  
Fælicesque annos, & genus omne bonis:  
Ergo non sit Vlyssipo, sit Antonia fælix:  
Det nomen, totum qui dedit ille decus!

AD VVLNERA CHRISTI.

Spina caput cingit, prædurus tempora vepres;  
Bina pedes binos spicula, bina manus.  
Gignit spina rosas, faciunt quæ fronte coronam:  
Vepres quinque novo sanguine quinque rose.  
Sic rubus antiquis Moysi qui floruit annis,  
Quam fouet ignis agens, & iuuat altus amor.

A D R E S V R R E C T I O N E M  
Christi Domini.

In placido phœnix generosa absumitur igne:  
Flamma est grandis amor, Christus amore perit.  
Ergo noua hic phœnix, iterumque a morte resurget,  
Et nouus in calido pectore surget amor.



A D I D E M

Fugerunt cæcæ tenebrosi carceris umbræ;  
Crux, vulnus, sortes, verbera, spina, dolor?  
Clarum manu iubar redijt, splendorque serenus:  
Deuicta Christus morte resurgit ouans.  
Facta ergo eclypsis, seu bellum est, inde triumphus,  
Hinc pax læta, dies aurea, grandis amor.

E T R V R S V S.

In triduo Christus posticata morte resurgit:  
Nam forma, & corpus, suppositumque tria:  
Vita est Christ⁹, amor vitam abstulit, ergo resurgat:  
Noa potest Christus, vita nec ipsa mori.  
Sit satis in triduo sciunctam a corpore formam,  
Suppositumque suos non habuisse locos.

IN NATALITIVM DOMINI.

Marmoreo quid adhuc infans lachrimatis in antro:  
Cur nocte in media, cur sine luce venis?  
Quid iuuat hibernum denso cum frigore tempus,  
Cur solus? medijs cur peregrinus aquis?  
Hibernum non sentit amans, non frigora cœli,  
Marmorei lapidis non loca dura dolet:  
Imò amat obscuræ tenebrosa silentia noctis,  
Et quærit solos solus in vnde locos.

Noster

*Dulcis Miscellanea.*

Noster Iesus amans medio nos frigore querit:  
 Nos nocte in media, marmoreoque sinu.  
 Maius habet, festa adiungit, sonitusque canoros:  
 Ut solet obscuro tempore solus amans.

**A D C I R C U N C I S I O N E M**  
 Christi Domini.

Non amor oppositam sedem, tempusue requirit:  
 Dilectum velox semper anhelat amans.  
 Crux satis est, veniet tēpus, quo sanguinis vndæ:  
 Nunc tener est infans, & leuis ille cruor.

**A D I D E M S V B A N N I**  
 exordio.

Quę quondam duplice fuerant duo tempora Ianu:  
 Hęc eadem Christi fertilis annus habet.  
 Sed dispar ratio: natura est vnica Ianu:  
 Verus homo Christus, verus & ipse Deus.  
 Ergo annus melior Christo sub principe surget:  
 Et homo, qui faucat; qui regat omne, Deus.'

**V E L S I C.**

Pinguescit sterilis profuso sanguine tellus,  
 Et cruor in varijs est medicina malis.

Ergo

Ergo infans funde hoc tenero de corpore nectar:

Robustum corpus, fertilis annus erit.

Nec solùm hęc, animis veniet noua gratia nostris:

Antidotum hoc animæ, corporibusque satis.

## IN ADVENTVM

Regum.

Qua Sol parte oritur clarum nitet æthere sidus;

Tresque vocat Reges in loca sancta Magos.

Tres veniunt, pueroque ferunt tria munera Regi:

Aurum, thus, mirtham, ceu tria dona, ferunt.

Sic decet, vaus enim tria munera continet infans:

Est Deus omnipotens, Rex nouus, altus homo.

Ergo tres Reges, tria munera, trinus & infans:

Quid restat? noster sit quoque trinus amor.

## AD CHRISTVM

crucifixum.

Eminet excelsa crucifixus in arbore Christus,

Arbore, quæ nostri est, spesque, genusque boni?

Sic decuit, namque vna orbem que perdidit arbor

Ipsa salutifera m iam bona præbet opem.

Sic ut Achileo quod quondam fecerat hosti,

Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

**A D D I V V M P E T R U M**  
**primum Ecclesiæ Guberna-**  
**torem.**

Prima tulit summi Petrus moderamina regni  
 Cæsar ea primum qua fuit urbe decus.  
 Sic ratio iuvat, huic totus nam subiacet orbis;  
 Sub Petro imperium, Cæsar uterque, iacet,  
 Et super hanc petram.

Vnius fortis Golias vulnere saxi  
 Occubuit, David pœlia victor habet.  
 At fortis vicit maiorem Roma gigantem;  
 Nempe idolatras, barbaric inque fetiam,  
 Fortior & Petrus petra est, qui vincere gentes;  
 Imperioque potest bella mouere nouo.

**V E L S I C.**

Non potuit suffire alti moderamina regni  
 Moyses, huic locius sit nisi frater Aton:  
 Nec David sufficeret sui gradata anima Saulis:  
 Sant maiora humeus pondera tanta suis.  
 Solus adest Petrus fortis de Princeps fortis  
 Qui regere & populos, & gerere armæ potest.  
 Maius habet, cunctos humeris hic sustinet orbis:  
 Scilicet hic terris presidet, atque polo.

Ergo Athias dominus erit, sed fortior illo;  
Nam cæli, & terræ pondus virumque gerit,  
  
Et dabo tibi claves.

Christus adempyrei tendens spatia ardua cæli  
Cælicolum passus, auxiliumque vocat.  
Bis tangit portas, hi bis tacuere, sed voa  
Tandem pro tercio vulnere porta patet.  
Maior in hoc Petrus verbi qui simplicis ictu  
Deducit cunctos in sua iura polos,  
Et valet obstantes aperire, & claudere portas,  
Nec mirum, claves hic habet, ille dedit.

AD ANNVENTIATIONEM  
Beatae Virginis.

Prælia erant, terris cælum pugnabat, & imus  
Magna Deo grandi bella gerebat homo.  
In medio mulier posita est, medio Angelus inter  
Hic cælum, & terras; illa hominem, atque Deum;  
Sic quies, & profugo costar Pax autæ bello:  
Sic medium Maria est, sic medium Gabriel.



*Dulcis Miscellanea.*

HIEROGLIFICVM  
hoc satis declarans.



Vna manus terras, manus altera contigit astrum:  
Sic terris cælum miscet, & astra solo.

S I M I

S I M I L I T E R   M V L I E R  
inter cælum & terras, quæ illius eie&tum  
fulmen sustineat.

Sustinet hæc duri lethalem fulminis ictum,  
Ni fessiat miserum fulminis ira solum.

F E S T A   C E L E B R A T A  
anno Domini 1620. in laudem Vir-  
ginis Remediorum.

A R G V M E N T V M.

**A** Brahamus posteros ex stirpe sua ad  
choros allicit, ad laudum cantus pro-  
monet. Accedunt celebres bini Pa-  
tres, Reges duo, Duces totidem: scilicet Isac  
& Iacob, Iosue & Iudas, David & Salomon.  
Tunc sic.

P A T E R   A B R A H A M V S  
ad Virginem.

Salve magna parens: totus tibi seruiat orbis:  
En populi flores, deliciaeque mei.

Sunt

Dulcis Miscellanea:

Sunt patres, sunt arma ducum, regumque coronæ;  
Gnati progenies, indigetisque tui.  
En meus est Iſac, quo non prætantior ullus;  
Ecce nepos magni viator amore Dei:  
Ecce Dauid pietate simul, qui clarus, & armis;  
Ecce Salomon opibus, consilioque potens.  
Sunt duo terores gentis, duo fulmina belli  
Cum Iuda veniens alter Iesu auo.  
Ille feras rigido percussit veibere gentes;  
Hic potuit rapidos sistere solis equos.  
Nil meus hic populus, nil ultra habet hic me⁹ orbis;  
Rex, Dux, atque Pater, ceu decus, arma, sophos.  
Ergo agite, & cuncti reginæ encomia vestrae  
Dicite: multa ingens carmina poscit honos;

DICVNT, ET PRIMVS.

I S A C:

O Virgo proavis edita Regibus,  
Grande & præsidium, & dulce decus meū:  
Tu bellis acies horrida militum,  
Princeps spirituum, Principis arcula,  
Fœma bellipotens turris eburneæ.  
Tu porta, & superum ianua cælitum,  
Mater pura nimis, Mater amabilis,  
Mater remedij dedita pauperum.

JACOB

*I A C O B.*

Tu Domus alta nobilis arte,  
Palmula florens, altaque cedrus;  
Fæderis alius, gloria mundi;  
Tu pia Virgo, puraque Mater.  
Vna salutis inclita Mater:  
Tu rutilanti pulchrior astro,  
Ianna cæli, cellula divi,  
Fonte recluso limpidus humor.

*D A V I D.*

Tu clausus altis floribus hortulus,  
Et flos relucens mille coloribus,  
Tu vallis imæ rubra lilia,  
Et roseos imitaris arcus:  
Tu busta nullis arbor ab ignibus:  
Et mella cæli qui fauus attulit:  
Tu speculum omni labo mundum;  
Lætitiae paradisus ardens.

*S A L A M O N.*

Tu deus cæli, superique patris,

Et spei

Dulcis Miscellanea.

Et spei dulcis generosa Mater  
Stella per cæcum mare, stella surgens  
Mane sereno:

Gratiæ cæli pretiosa Mater,  
Ciuitas summi, soliumque diui,  
Oritus auroræ venientis alto  
Sidere fulgens.

I E S V E.

Terrarum tu diua parens, tu gloria cæli,  
Spirituum sublime decus: tibi Cynthia lucens  
Subiacet, aurato Phæbus te vellere cingit,  
Et formosa altam componunt sidera frontem,  
Omne tibi paret regnum, tibi subdita seruit  
Tellus, & mare velliolum, ventique sonantes;  
Et metuunt Barathri facies, Acherontiaque arua  
Te propter clausus uigris in montibus orci  
Fata gemit serpens, & centum vincitus abenis  
Post tergum nodis fremit horridus: hoc caput inges:  
Frangere tu Virgo potuisti, & perdere nomen  
Tartareum, tu prima vias, & olympica regna  
Direxisti animis, tu martem, iramque tonantis  
Placasti, & clauso reserasti limina cælo.

IVDAS

IVDAS MACHABEVS.

Tu decus, & nostræ præcellens gloria gentis  
Lætitia Israelis, & decus ipsa mei:  
Tu clari vellus Gedeonis, tu Salomonis  
Es chronus, & superi schalla benigna poli:  
Tu curris mille arma gerens, clypeosque micantes;  
Plenaque sublimem, quæ tulit arca, cibum.  
Sit satis hoc (ultra nil est præstantius) una  
Es simul & Mater, filia & una Dei.

ITERVM AD CHOROS ALЛИCIT

Dauidem, cythara scilicet, saltuque  
præcellentem.

Tu modò qui saltu superas, fidibusque canoris,  
Duce tuos Dauid, en gravis arca, choros

AGIT CHOREAS DAVID ANTE  
dominā, quasi Arcam, & tandem ceteros ad  
similes choros ita vocat.

Vos quoq; (sunt hilares Patrum, Regumq; choreæ)  
Ducite iucundos in mea plectra choros.

Pulsat Dauid harpam, lyram Salomon: bini duces  
cum totidem patribus agunt choreas, semper præ  
sedit pater Abrahamus.

Dulcis Miscellanea.

FESTA C E L E B R A T A  
in laudem Virginis Lætitiae, anno  
Domini 1624.

A R G V M E N T V M.

**N**Vlli haud notum partum edidisse  
Terram, tres Nymphas, Palladem,  
Iunonem, Venetem, ceu Sapien-  
tiam, Pulchritudinem, & Fortitudinem: si-  
militer alium protulisse Faunorum, quos  
antiqui semideos appellabant. Accedit er-  
go Terra, offitque Virgini tres quas habet  
filias, tres quoque Satyros, ut hi saltu insig-  
nes choros ducant, illæ Virgineas laudes  
modalentur. Parvam quoque Nymphaeum  
Pastorem ad pulsandam lyram prolectat,  
in hunc modum.

T E R R A.

Salve magna parens: totus tibi seruiat orbis:  
Tres adsonit Nymphæ, tres etiam Satyri.  
Est Pallas, florensque omni sapientia mundo;  
Est diues Iuno, Bellipotensque genus,

Ea for

En formosa Venus, dubij quæ Martis honores  
 Extulit, & pulchris aurea poma notis.  
 Nil terra vltérius, nil ultra habet hic meus orbis,  
 Pallas, Iuno, Venus; ceu decus, arma, sophos.  
 Ergo Virgineos Nymphæ memorate decores,  
 Vosque leues Fauni, vos celebres Satyri,

## TVNC SIC PALLAS.

Pallas eram, sapiens quondam, sed postea Virgo  
 Ante tuos mansi pallida forma pedes.  
 Tu vera es Pallas, vera es Sapientia, veri  
 Tu sapientis amor, veraque Mater ades.  
 Tu vera es domina, & dominantis filia Regis;  
 Vna simul Mater, filia & vna Dei.

## I V N O.

E eu aquem a vã Gentilidade  
 Chamou a rica Iuno, e a guerreira,  
 Em icium me fiquei sem liberdade  
 Diante de vos Deosa verdadeira:  
 Em vos se acha toda Magestade,  
 Em riquesas do ceo sois primeira;  
 Vos sois a que com graça e fortaleza,  
 Do inferno pisastes a braneza.

*Dulcis Miscellanea.*

Vos sois horta fechada, e recolhida;  
Onde nunqua ja mais entrou peccado,  
Palma constante, rosa parecida,  
Ou dos vales hum lyrio pintado.  
Torre sois de Dauid esclarecida,  
Da qual hū almacen està pendurado  
De mil ricos escudos, de tal sorte,  
Que rebaté o mundo, inferno, e morte.

*V E N U S.*

A mi la hermosa Venus me llamaron  
Madre de vn ciego niño, que es Cupido,  
Pero tanto que a vos os engendraron  
Vana quedé sin habla, sin sentido.  
En vos todas las dotes se juntaron,  
Quales otra ninguna ha concebido,  
De la Luna teneis la hermosura,  
Y como el claro Sol teneis la altura.  
Vos soys fuente signada y cristalina,  
Vos espejo sin mancha del pecado,  
Templo de Dios, estrella matutina  
Escalexa del Orbe levantado.

Puerita

Puerta tambien del cielo adamantina,  
Bella Estrella del mar mas airado,  
Eres velo del claro Gedeon,  
Mas docta que el famoso Salamon:

**TVNC SATYRI SIC.**

πάρας σεμιτέων σατύρων καλύπτεις οὐρανού

τάχας πατέος την μάρασσαν κερδίσθεις

**E T R V R S V S.**

Nos satiros, falsos que deos gens prisca vocauit:  
Tu Domina es Virgo, tu dea sola manes.

**RVRVS TERRA AD PARIDEM.**

Tu Paris adde lyrā; tibi nymphā obtēperat omnis:  
Te aemus omne simul, te colit omnis ager.

**PARIS LYRAM PVLSAT, AC CON-**  
**cinit, tres autem nymphæ chorū efficiunt, quò tan-**  
**dem satyros ad faltus vocant. Sic.**

Vos quoq; Faunorum species, venerabile monstrium;  
Addite iucundos in mea plectrā chōros.

**CHOREAS**

## CHOREAS DVCUNT AD

sonum Paſſidis pellibus, & hederæ  
folijs accinti.

Hic finis, non vltius compонere carmen  
Sors dedit, aut dominæ pingere festa meæ:  
Cor superest, & amicus amor, satis vna voluntas:  
Qui dare vult, munus iam dedit ille, suum  
Virgo dabit vires, lata inque ad munera sorte:  
Seruite ut dominæ sit potis iste suæ.

## AD VISITATIONE M

Beatæ Virginis Mariæ Diue Elisabetæ  
domum quærentis.

*Abyt in Montana cum festinatione.*

Quid tentas Virgo generosa? quid aspera tentas  
Montana, & duras mollis adire vias?  
Longū iter est, magnusque labor, tu Virgo tenella;  
Plenaque divino pondere Mater ades.  
Nil nocet, omne facit pietas tolerabile dampnum:  
Nullum inconueniens quidquid amatūr, habet;  
Ergo abyit, pedibus celeres amor addidit alas:  
Festinat, velox est avis illa poli.

*Ad diuinam Tantum in locis ecclias. Ad te sperare mortali.*

*Ad diuinam Tantum in locis ecclias. Ad te sperare mortali.*

CHOREAS

DIVO

## D I V O S T E P H A N O

Protomartyri.

Saxa pluunt, pater alta domus radiantis olympi:

Saxa iofæ (tingit sanguinis voda) manent.

Non caelo matus cedant miracula, nubis

Vna pluit iustum, seu pluit vna bonum.

Hic Stephanus prius scelerata ad vulnera duxor;

Martyrio primus qui dedit arma fero.

Ergo prior feret hic palmam, prior iste coronam:

Mos est, victori munus utrumque datur.

Sic dabitur, rubeosque feret palma aurea flores,

Textaque erit laxis pulchra corona suis.

## D I V O I O S E P H .

I

Præsidet in terris Ioseph, caelo Deus, alter

Si Deus esse potest, hic Deus alter erit:

Huic coniux regina, Deus quoque Filius, ergo

Si Deus esse potest alter, &amp; ille Deus.

Saltem habet imperij solus patemque, vicemque:

Est Deus, officium qui tenet ille Dei.

Potest, hoc est, si  
per impossibile  
posset.

OPVS

OPVS DICATVM  
Virginī Gratiæ , in certami-  
ne Granatino.

E R A T O .

C E R T A M E N N O N V M .

de la red de la  
algunas vñ **L**A Nona Musa es Erato, llamada así; o porque su canto es deseado de todos, o por el estilo florido en que dicta los versos: y así, viendo que los ingenios versados en la lengua Latina, han de estar deseando argumēto para escriuir, acordandose que vio jardines amenos, floridos huertos, y arboles opimos, verde pompa y honor de la celebrada Vega de Granada, donde agora ve suntuoso Templo y Religioso Conuento; propone esta conuersión de vn jardin en otro, para que en cinco Disticos se digan floridos y agudos concetos: dando por singular y vñico premio al Epigramma

gramma mas agudo, y que oliere mas a la  
antiguedad, vn Breuiatio dorado. Al segun-  
do vn Ceñidor de seda, de valor de quaren-  
ta reales. Al tercero vn Crucifijo pequeño  
de marfil, con clavos de oro.

HVIC NOS SEQVENTIA.

*Quantum situs hic se ipso antiquiore  
sit præstantior.*

Florebat celebris Lucenti in vallibus olim!  
Hortulus itriguis semper amœnus aquis:  
Nunc floret pariter, sed vincunt manera, vincunt  
Flos, radix, folium, semina, fructus, ager:  
Vincit & excellens claris de fontibus vnda,  
Et superat pingui fertilis hortus humo.  
Nec mirum, Paradisus adeſt, vel nobile cælum:  
Et Virgo, & templum munus utrumque fecunt;  
Quantū ergo tellus cælo, & nemora omnia cedant,  
Huic tantum cedit qui prior hortus agro.

*Quantum hoc nemus celebrata antiquorum  
superet.*

Cedant Castalij fontis nemora omnia, cedant  
Parnasus florens, Albuneumque viens,

*Dulcis Miscellanæ.*

Quæque Caballini fuit ingens gloria luci,  
Famaque quam longè Cynthius addit ager:  
Cedant Granati surgit clara vndula turis:  
Gratior ista seges, fertiliusque solum.  
Maius habet, cæli donis, & munere diuūm  
Empyri tangit lumina suæma poli.  
Ergo iunguntur pariter cælumque, nemusque:  
Hoc facit excellens gratia bina solum.

*Quantum & nota modernorum superet.*

Sint tibi quas Tybris platani, quas Africa palmas;  
Cedri quas Latium, quam tulit Ida rubrum,  
At mibi contingant celebris nemora aurea campi,  
Quæ Granatini perfluit vnda iugi.  
Hic cedrus, platani, cyperis, palma, hyacinthus;  
Hic rubus, & rubicis lilia mixta rosis.  
Munera planities quæ sunt divisa per omnes,  
Non habuit quamvis, iam nemus illud habet:  
Hortus conclusus Virgo est, & gratia triplex:  
Quod gratum, ista tulit, quod tulit, hortus habet.

*Confertur hoc nemus alijs in Euangelio  
celebratissimis.*

Villia Betlemitico fuerant præsepio rure,  
Villia, cælestis sed modò facta domus.  
Taboreo quod monte solum rude vidimus olim,  
Hoc facit empyrum gloria magna decus.

*Getse-*

Gersemani silvestris ager nunc sanguine claro  
Nobilis, & tubea fertilis extat aqua.  
Quæ tandem sterilis tellus Caluaria, iam nunc  
Terque, quaterque nouo sanguine pinguis adegit,  
Sic mea Granatæ Vega est, habet amplius vnum,  
Est bona, sed superis altior illa bonis.

Quantum & hoc nemus se ipso antiquiore  
sit præstantius.

Quò Sol dicit iter florent pulchra omnia, quò ve  
Cynthia dicit iter cuncta decora manent.  
Sic matutino quæ surgunt lumina sole:  
Sic vespertinas hesperus ad tenebras:  
Omnis ager sole aurato nitet aureus, omnis  
Fertilior læto sidere gaudet humus.  
Sic nem⁹ arboreum Granati ad flumina, pulchrum;  
At Sole, & Luna pulchrios illud erit.  
Luna cit Virgo parens, alti Sol filius æui:  
Formosum hoc reddit sidus utrumque nemus:

PARADISVS AGER GRANATINVS  
sua fertili, iucunda, & amæna planicie, nunc  
Templi decore superé-  
minet.

Lætitia Paradisus erat gratissima sedes,  
Quo melior, quo non pulchrior orbe locus:

*Dulcis Miscellanea.*

Huius custos chara insignis cum coniuge Adamus  
Prima Dei facies, egregiumque decus,  
Non inquam custos melior, non pulchrior ortus:  
Non erat in toto gratior aura solo:  
Non erat, at nunc similis paradisus, amænum  
Granato nemus est, egregiumque iugo.  
Maius habet, cæli donis, & munere vincit:  
Pulchrior huic custos, pulchrior æua fuit;

*A D G R A N A T I N O S,*  
*& eorum præmia.*

Hæc ego composui, non hæc videre puelli;  
Non fatui iuuenes, decrepitique senes.  
Sic decet, inculto non sunt hæc commoda ruris  
Semina, non sterili lilia pulchra solo.  
Non inquam Granatinis hæc rupibus apta:  
Conuenit Eboreis musa decora locis.  
Non dulce ad crassos plectrum venit utile sensus:  
Non est ad fædos commoda perla suæ;

*S V A D M A E O S D E M.*

Qui male contempsit grandis noua carmina Musæ,  
Accipiet satyræ verbera dura suæ:  
Adueniet tempus tua cum tibi dona rependam;  
Granatine, malo sint satis illa tuo.

C E R T A M E N

MALACETANVM,  
habitum in Ecclesia maiori  
8. die Dezembris , anno  
Domini 1635.

C E R T A M E N P R I M U M.

E L Que en seis Disticos celebrare mas  
elegante este mysterio Sacratissimo,  
dando a entender el afecto de Mala-  
ga en la ocasion presente, &c.

P R I M U M E P I G R A M M A  
pro prima Certaminis propositione.

Mysterij excellentia, impiorum confusio & Mala-  
ca, suique Praesulis affectus ex-  
ponuntur.

Barbara totius silcant miracula mundi,  
Pingere quæque potest ingeniosa manus?

Maius

*Dulcis Miscellanea.*

Maius adest, cælo panis descendit ab alto;  
Siue agnus Verbum; seu caro facta Deus.  
Est agnus, lupus hunc sequitur, seu Olanda rebellis,  
Defendit Pastor, Malaque terra suum.  
Est pariter ferus ipse leo, quem perfida proles  
Non timet, at tellus quæ timet, illa fouet,  
Et pastor fouet ipse timens: ambo aurea lætis  
Dona ferunt animis, feltaque grata parant:  
Ergo ferent Olanda ferum, Turcæ que leonem;  
Pastori, & Malacæ panis, & agnus erit.

**E PYGRAMMA PRO QVINTA**  
**Certaminis propositione.**

*Quæ sic habet.*

Los premios desta competencia se adaptan a varios ingenios. Y así el que le tuviere en pintar hieroglificos, o el que compusiere qualquier genero de poesia a su voluntad; confiriendo en la variedad de sujetos lo que agradare mas, &c.

*Divini amoris excellentiam proponit, & sublimi  
Eucharistie mysterio confirmat.*

Multa potest amor, hic animos, & corpora mutat,  
Nec proprio resident quo prius oita sinu.

*Quod*

Quò volat ille, simul volitant animusque, vigorque;

Si nos Christus amat, nos habet ille simul.

Nos habet, & dominū quoq; nos, nam vivimus illis;

Hæc amor, excellens hæc cibus ille potest.

Hæc cœlestis habet cibus Eucharistia, terris,

Et supero ipse simul qui valet esse polo.

R V R S V S P R O  
eadem propositione.

*EPYGRAMMA QVOD ELEGANTI*  
metaphora explicat mysterij seriem, atque ineffa-  
bile Eucharistiæ numen celebrat, ac  
tandem Malacæ festa super-  
addit.

Olim Virgineo cœlestis viscere fruges;

Nunc aptus panis, nunc cibus aptus adest;

Lex noua martyrij, terit hoc fera passio granum;

Et Subigit panem, quem coquit ignis amor.

Concoctus nostra ora subit, vitamque ministrat;

Nec, veluti ut reliquæ, daps perit ista, dapes:

Qui bene sumit, habet lætas per secula sedes,

Aeternos annos, qui benè sumit, habet:

Ergo Dei semen diuino in viscere fruges,

Indeque ad humanas commoda massa dapes;

Hic cibus, & Malacæ tutor firmissimus virbis:

Hæc noua protanto inugere festa parat:

TANDEM

Dulcis Miscellanea.

T A N D E M P R O E A D E M  
propositione heroicum in quo metaphori-  
ca descriptione Pastor Episcopus in-  
troducitur, & festi series de-  
claratur.

Olim florentes campos, Tormesque superbi  
Claram undam circu egregius decor, inclitas heros  
Pergratum exercebat opus, fessa ilicet alto  
Membra labore leuans, & pascens undique latos  
Planities visus nemorosa: Antonius inquam  
Enriquz, quo non aliis præstantior extat,  
Seu queras animos, seu clari sanguinis ortum.  
Ingreditur, nemorisque vagis patia abdita lustrat:  
Iam lati floris, iam contemplatur honores  
Proflua segetis, longaque ex arbore fructus.  
Deciduos: hareret vario mens fixa decore.  
Ecce inter laci frondes venerabile monstrum  
Apparet: prior una hominem referebat imago;  
Capreoli postrema greges: erat iste per omne  
Præcellens nemus: hunc varia certo ordine nymphæ  
Circundant, choreasque mouent, & carmina dicunt.  
Huncheros videt, & lento vestigia passu  
Insequitur, Faunumque hilaris sic facit euntem:

Sistē

Siste gradum custos nemorum venerabile monstru,  
 Dic mihi, qua species animi, qua commoda vita  
 Sit ratio, quo ve exortus de stipe gentis  
 Hesperidos inter flores, & lilia campi,  
 Nympharumque choros habitas: ast ille serenam  
 Ostendens frontem, confusaque lumina cergens,  
 Faunus ego, satyrusque, inquit, notissima proles:  
 Terra parcs, me Nympha omnis, musa omnis ado-  
 Cereatim: prasū choreis: mihi munera vatis (ras  
 Concessa, & posse eventus proferre futuros,  
 Et casus memorare tuos: ergo inclite princeps  
 Esto attentus: nunc has audi, & suscipe curas.  
 O felix: primò egregijs te moribus omnem  
 Ornabunt longè superi, seu mentis honores,  
 Siue manus, siue oris: erit nouagratia dictis,  
 Spiritus in verbis, & miro pulpta plausu.  
 Hinc varios tractiss cali, & longa atria regum  
 Suspicias: dabit assensum Romana propago,  
 Conuentusque patrum, ductorisque aura supremi.  
 Tandem pro meritis magno sub presule crescat  
 Muli' honor: iā te Malaca pulchra arua videbūt  
 Elatum calo: tunc lata fronte tyara  
 Stabit, & auratum referet manus altera pondus.  
 Hic etiam veniet tempus, festa aurea iunges,

Dulcis Miscellanea.

Donaque grata auri, promissaque præmia rerum.  
Aspice, sacra ingens dabit Eucharistia festum.  
Iam nunc Hesperia plausus, coniunctaque cerno.  
Gaudia: precipuum tellus tibi Lysia reddet,  
Barica precipuum: sed tu superabis in omni  
Parte omnes: tua festa patet: tibi maxim' Atthas  
Gregorius de Pace iuuans, cui pondera rerum  
Incubent, & cuncta supremit altaria festi.  
Accident lati ciues, grandisque Senatus  
Nobilitas: tandem Malacorum electa iuuentus  
Excollet longè famam, vultusque libentes  
Ostendes gaudens populus: vox una sonabit  
Viuat per totum Sacra Charistia mundum:  
Et rursus festa adiunget: en lucidus æther,  
En calum flammis crepitans, ecce aurea cerno  
munera, barbarico stabunt depicta colore  
Seramina: erunt virides per rura, & mania rami,  
Et suaves per templa chorii: vox una sonabit,  
Viuat per totum decor Eucharistius Orbem.  
Dum tamen hac Malace, stat fortis milite vicit,  
Hispanus Princeps: sentit fera Gallia vulnus,  
Olandique scelus: robustis Vngarus armis  
Instar, & Imperij dominus: fusa agmina cerno  
Profusaque virum strages; Milo inclita vincit:

Aspice

I spicere rorantes inimico sanguine campos.  
 Tanta molis erit sacrum sparsisse cruentorum  
 Terlimoni, eot Virginem violasse pudoris  
 Tegmina, & in sacri numen venerabile panis  
 Sacra legas egisse manus, alimentaque brutis  
 Fidere equis: vltoris erie manus inclita regni  
 Que sumat iustas scelerato a viscere penas,  
 Excollarque Deum supremam ad sidera regem.  
 Excellens Fernando erit, qui militis iras  
 Frangat, & Olandatum sibi suggestat Orbem.  
 Dixit, & obscuras iterum discessit in umbras  
 Confusi nemoris; pariter fugere Sorores,  
 Nympharumque chori celebres: simul ille supremo  
 Raptus amore Dei, superisque exercitus armis,  
 Sacros intendit cultos, festa aurea iungit,  
 Aeternumque colit Divi Omnipotentis honorem.



Sequens continet  
 Señor dí. Alfonso  
 Enriquez Oñate  
 de Malaga pastor  
 con sus ovejas

a. Dominas, dona  
 b. frailes medio de  
 fraile.

c. Au. y el dñ. q es  
 el medio de la voz  
 q es en el dñ. de la  
 gloria. Amantes  
 d. Enseñas q son  
 q son las de la  
 vigenza q es en el  
 dñ. Enriquez.

e. La q es en el dñ.  
 q es en el dñ. q  
 q es en el dñ. q  
 q es en el dñ. q  
 q es en el dñ. q

f. Maia. q es q  
 q es en el dñ. q  
 q es en el dñ. q

Dulcis Miscellanea.

# EMBLEM A proposito satisfaciens.



Summum pluma leuat numen, premit ærea moles:  
Quò magis ista premit, tunc magis illa subit.  
Hęc volat empyrei suprema ad lumina tractus,  
Illa petit nigro condita regna lacu.

## E X P L I C A T I O .

Penna est alta fides, est hæresis ærea moles:  
Ut cadit hęc moriens, sic viget illa volans!

## ÆN Y G M A.

*H V I V S F E S T I A V T O R E M*  
*manifestans scilicet nostrum præsulem illustris-*  
*fimum cui explanationem addidimus*  
*ne confusionem legenti-*  
*pariat.*

Sequens continet  
*Señor dō Antonio*  
*Enriquez Obispo*  
*de Malaga pastor*  
*confus' ouejas.*

*En a domin⁹ b monachi medio, qui munere gaudet:*  
*Ad c medium totus ni ferat ille gloomus.*

a Dominus, don;  
 b fraies medio de  
 frayle.

*En d tibi diuitie non has habet: ilicet omnes*  
*Hic unus miseris, pauperibusque dedit.*

c An, y el ro, q̄ es  
 el medio de torus,  
 y ni cō la o, q̄ es un  
 globo, Antonio,  
 d Ariquesas file  
 quitais la as q̄da  
 riques y añadido  
 el en, Enriques.

*Bis e diues, fælixque: o terque, quaterque beatus:*  
*O puluis Lusi, qui solet esse soli.*

e La, o, i, la, bis, se  
 le añaden el pò, q̄  
 assi se dice en Por-  
 tengues el poluo,  
 queda Obispo.

*En f mala progenies felis caput, en mala tursus*  
*Iam caput, atque pedes iam caput illud habet.*

f Mala, y la ga (q̄  
 es la cabeza, y pri-  
 cipio de este nōbre

*Iunge utrumque genus solemnia festa videbis:*  
*g Pax simul in media turre, pecusque latent.*

gato, y està puestopor pies a la posere) queda Malaga:  
 g Pas y tor, que es la mitad del nombre torre queda pastor,  
 y pec' las ouejas.

Dulcis Miscellanea.

IN IDEM FESTVM OPVS  
aliud cuiusdam amici nomine oblatum.

EPYGRAMMA PRO PRIMA  
*Certaminis propositione contra Hæreticorum sce-  
lus, atque perfidiam, in honorem sublimis  
Eucharistie, ac Christi Domini.*

Nil nocet innocuo, viuitque, regitque per ævum:  
Nec mala dura vetant, nec manus vlla nocet:  
Haud nocet horrendum, non detestabile fuitum:  
Non agno, ipsa sibi fuita, manusque nocent,  
Ista ferent poenas: duio stat Maite Philippus,  
Sacrilegæ punit qui fera damna manus.  
Nec minor alter honos: fælix Hispania viuit,  
Et viuit Malaci pulchrior vnda sinus:  
Viuit & æternis Præsul dignissimus annis,  
Qui tangit festis sidera clara suis,  
Sic manet excellens sacra Charistia, sicque  
Vilia Olandini tela, manusque feri.

EPYGRAMMA PRO QVINTA  
*certaminis propositione.*

Præcellens fidei mysterium, & ineffabilem cibandi  
rationem exprimit.

Vina patent, panisque, latenter mysteria cæli:  
Panè latet corpus, sanguinis vnda mero.

Ex

Est rude palliolum: viridi latet anguis in herba:

Ni lateat, noster non erit usque cibus.

Sic epulam libare datum, soleisque tueris:

Cæcutit fortis visio nostra Deo.

## HEROICVM PRO EADEM propositione.

MALACAE FESTVM CELEBRAT,  
& diuinæ Eucharistiae implorat auxilium.

Salve dominum sacra Eucharistia numen,  
Salve magne pater, calicui sidera parent,  
Et terra, tractusque maris, cui Bacicus Orbis,  
Hesperaque omnis populus seruire libenter  
Gaudet, & aduersus turpes defendere Turcas.  
Sed Malaca insignis primū tibi reddit honore,  
Præcipuum insignis præsul, templique supremi  
Conuentus: video varijs simulacra figuris,  
Quæcēplum, quærurbs omnis habet præfixa micati:  
Pariete: latantes video chorcasque, lyrasque,  
Et suavi diuersa tono modulamina; cuncti  
Clamant festa: sonat passim vox una salubris  
Vivat per totum sacrata Charistia mundum.  
Nec minor est generosa animo exultante virerū  
Conditio: Primus summo sua munera regi

Concedis

## Dulcis Miscellanea.

Concedit præsul: sequitur genus omne, parentes,  
Et pueri, matresq; vocat labor ultimus omnes,  
Omnes exultant lati, passim omnia lata  
Succedunt, pariter Monachus, pariterq; Sacerdos  
Gaudet amas; simul una fides, simul una per ones  
Religio exoptat festum: sua dona libenter  
Ostendunt, clarisq; ornant altaria gemmis.  
Nec tantum hi, duris etiam, qui præsidet armis  
Horrentis bellis venit acer Lusus, & ambo  
Vnanimis gaudent populi, omnes agmina cogunt,  
Arma omnes, sed Lusus eques, ut fortior armis,  
Sic cantu, plectroq; potens: epygramata iungit,  
Heroumq; choros, & picta emblemata, iungit  
Confusos sensus, cæcisq; enigma figuris:  
Sed furit insanus (res est manifesta) volantes  
Inuadit copias, iniustaq; præmia dannat.  
Nec satis hac, sacri numen venerabile panis  
Grandiloquo extollit sonitu: iuuat alta iuuentus,  
Selectaq; chorus Malacæ: omnes carmina iungunt,  
Et collunt magnum suprema ad sidera regem,  
Cunctorum qui Rex regum, Dominus dominantum,  
Et pater, & summus sacra inter dona Sacerdos,  
Qui videat festa hac Malacea, qui munere dones  
Egregio, latos animos, pulchramque salutem  
Suggerat, & placidam longinquæ in secula pacem.

EMBLEMA  
SE=

SEQVVNTVR QUÆ RVRSVS  
alterius a mici nomine conuenerunt.

*EPIGRAMMA PRO PRIMA*

*Certaminis propositione.*

Celebre diuini Sacramenti connivium proponit,  
Malacam ad grates Vocat, & festi cele-  
britatem extollit.

Post cænam non mensa datur, cibus ultimus iste est:  
Cænavit Christus, nil dare plus habuit.

In finem dilexit amor, cæna ultima finis:

Non plus ire Deus, nil dare maius habet:

Nil maius Christo, nil est præstantius, esca m

Se dedit hic, igitur nil dare maius habet.

Quid Malaca ergo dabit tanto pro munere? Sūmus

Quid præsul, longi qui sonus Orbis erit?

Innumeras referent æterna in secula grates,

Multaque deuoto pectore dona ferent:

Et festa adiungent, generosaque præmia: rursus,

Ille dabit supero regia beata polo.



Dulcis Miscellanea:

ALIVD PRO EADEM  
propositione.

Sacrosanctæ Eucharistiæ mysterium explicat : im-  
pios vocat ad cognitionē tanti numi-  
nis, & solemnia festa  
Malacæ.

Vade, vide, caue ne videas miracula danuss  
Sint oculi mentis lumina clara tuæ.  
Vade, vide, caue, suspecto ne crede coloris:  
Diuina interius forma, caro que latet.  
Quod non est cernis, quodque est non cernis inique:  
Claude oculos, fallum si minus accipies:  
Difficilis res est oculo non credere testi,  
Exuperat hoc my-      Quod capit os vnum, quod leuat vna manus.  
sterium, in quo sci Difficile est fateor, superest tamen alta potestas:  
licet non tantum Vincit amor, vincunt munera, vincit opus.  
credimus quod nō Etgo veni serus Olandæ, dux aspicce numen,  
videmus, sed non      Ec quæ nunc Malacæ præmia Pastor habet:  
credimus quod vi- demus; hoc ansens secundum difficilius, nec alijs mysterijs contingens.



E PY GRAMMA PRC QVINTA  
certaminis propositione.

Celebre Eucharistiae conuiuum inter omnia extol-  
lit, ac exprimit.

Aurea Romani cedant conuiua cætus,  
Quasque dedit Græcus, quas Cleopatra dapes.  
Quas Asuerus habet mensas, quas Balthasar, & quæ  
Antiqua Hebrei gloria toris erat:  
Cedant, maius adest; præbet conuiua cælum:  
Est cibus omnipotens, qui dedit ipse Deus.

HEROICVM PRO EADEM  
propositione.

Divini Sacramenti laudes prosequitur, & Malacæ  
festa, ac grates in medium  
ducit.

Christus ut extrema succubens morte profudit  
Exultantem animam, claraque in vestre resurgens  
Postraue nigras facies, lethique ferocis  
Imperium regale, alti pulchra atria cætus  
Ireparans, se se corporibus, mirabile dictu,

Dulcis Miscellanea.

Tradidit: accedunt grati miranda liai  
Muvera, & intacta egregij mysteriapanis;  
Divina pietatis opus, genus unde beatum,  
Calicolaque patres, atque alti gloria cali.  
Nunc mihi præcellēs Erato, nunc grata Polymnis  
Musa doce, quantas tanto pro munere grates  
Dent populi, quantas Malacorum electa iuueniūt,  
Et mundi Lisbona decus, sub præfule multus  
Henri quo sub r̄escet honos: noua premia iungit,  
Ornatusque virūm, depictaque serica templi.  
Sed maior sub corde fides, animique fidelis.  
Auxilium: cuncti mentes, & corpora tradunt  
Obsequio, gaudenteque alto seruire parenti,  
Et /ffrre neces, & tela minantia lethum.  
Non Barathri peruersa lues, non hæresis ullā  
Auertent animos, generosaque pectora regum;  
Durior est ipso constans patientia ferro.  
Arma gerent, nigrum Turcam, Olandosque feroceſ  
Prosternent: magnas dabit Eucharistia vires.  
Astilli grates semper, deuotaque semper  
Corda ferent; festa adiungent, repetentq; vicissim  
La<sup>o</sup>, & honor Christo; la<sup>o</sup> Christo, & gloria; viuat  
Christus amans; viuat sacra Charistia, Iesuſ  
Viuat, & in toto nomen venerabile mundo.

EMBLEMA

EMBLEMA FESTO, ET H O-  
diernæ occasioni appositum.



Si modere nouum tentat lupus alacer agnum;  
Est leo, qui rigida puniat vngue lupum.

EXPLA.

Dulcis Miscellanea.

O H E X P L A N A T I O.

Sacra vtrumque gerit donum Eucharistia, Christus  
Ut leo terribilis, sic pius agnus adest.  
Hic recipit iustos blando sub pectora mores,  
Castigatque ferox impia corda leo.  
Sic Princeps Hispanus adest leo feruidus idem,  
Atque agnus, donum hic unus vtrumque gerit.  
Subiectis parcit clemens, iterumque superbos,  
Et fecit Olandos, & sua regna fouet.

Et haec satis de tertio opere, & secundo amico.  
Tunc sic.

Premia sunt quatuor, totidem mihi munera restant:  
Hoc tandem socius contulit alter opus.

E PYGRAMMA PRO PRIMA  
Certaminis propositione.

Diuini conuiuij vires exprimit, impios ad Ambro-  
siam promouet, & Malacæ, Hispanorumq;  
affectus insinuat.

Si vera ambrosia est Christi caro nobilis, istam  
Aeternos annos, qui bene sumit, habet.

Si verum

Si verum hoc nectar, si vera hæc potior, fælix  
Qui bibit æternum ducet in astra decus.  
Sume ergo, libare potes Gerlandia numen,  
Vt viuas, forti ni moriare rogo.  
Ad minus indignæ fugiant mysteria palmæ,  
Nec tangant diræ munera Sacra manus:  
Si tangant Hispanus adeat fortissimus heros,  
Qui prauos vincit, punit, & interimit,  
Viuit & egregio Malacensis Præfule cætus,  
Qui bibit hoc nectar, festaque grata parat;

## ELEGIA PRO QVINTA Certaminis propositione.

Eucharistie mysterium celebrat, ac exprimit, hæc  
reticorum minatur exiūm, & Malacensi  
populo cælestè præmium  
promittit.

Ecce sghusque, leoque vna iactuere sub umbra;  
Nec ferit iste agnum, nec fugit ille ferum.  
Vnanimes grato iunguntur fædere diui,  
Siue hic vnuis homo, seu fuit ipse Deus.  
Quid moror, ista parent: tenet Eucharistia numen,  
Qua leo terribilis, qua tener agnus adeat.  
Agnus adeat Malaeæ grato sub Præfule genti:  
Olando, & Turcæ illat ferus ipse leo,

Ergo

Ergo siros agnus foveat, leo destruat, idem  
 Omnipotens valuit munus utrumque Deus.  
 Vos autem Hispani tanto pro munere ciues  
 Addite iucundos in mea plectra choros:  
 Exultate hilares, repleat spatia omnia festum:  
 Praesule sub magno munera magna date.  
 Vox tandem sonet una omni venerabilis xuo,  
 Viuat supremi panis, & vnda sinus:  
 Viuat & excellens sacra Eucharistia numen,  
 Quo seruant tutos Bætica regna suos.  
 Quo frangunt Turcæ, & rigidi tela aspera Galli;  
 Olandosque premunt, Lyfiadesque vocant:  
 Deniq; cuncta regunt tener agnus presidet, horrens  
 Qui simul ipse leo, qui mouet omne Deus.  
 Qui videat festa hæc Malacæ, vultusque libentes,  
 Pastoremque Iuum, Lyfiademque chorum.  
 Fælices cunctis unus qui præbeat annos,  
 Et trinus sopero regna beata polo,

## VARIA PRO EADEM propositione.

*Episcopo gerenti Eucharistiam.*

Nil melius Chtisto cælum, nil Praesule tellus:

Si iungas, maius non erit orbe decus.

**ALITER**

A L I T E R E I D E M.

Sunt ouis, & pastor, pariter sunt pastor, & agnus;  
Agnus pastor habet, sustinet agnus ouem.  
Agnus ouem nutrit, leuat hæc, & sustinet agnū:  
Se totum hic, gaudens brachia præbet ouis.

V E L S I C C L A R I V S.

Nil mirum si pastor ouem, si duxerit agnum:  
At mirum est dominum si ferat illa suum,  
Nil mirum, nam pastor, ouis; sic pastor, & agnus:  
Sic Deus hanc ducit, sic tenet illa Deum.



Dulcis Miscellanea.

EMBLEM A  
Sanctissimæ Eucharistiaæ  
satis appositum.

*Sol veluti nubis obiectu delitescens.*



Non valet intensem Solem lux firma videre;  
Ni medio nubis, vel leuis vnda cadat.

EMBLEM A

.N.

EX.

E X P L A N A T I O.

Non oculi possunt tenues, mens alta, fidesque,  
Hæc videant numen, suspiciantque Deum.  
Sol Deus est, quem nostra ferunt haud lumina, dulcis  
Ni medio gultus, vel color ille foget.

Et hæc satis pro tertio amico, atque hoc primo  
certamine ad cuius præmia ego sic.

Argentumque, aurumque alij sua munera laudent,  
Atque ferant meritis præmia digna suis.  
At mihi pro tantis sacrata Charilia donis  
Contingat, mensæ est hæc satis esca meæ.

AD IVDICES QVI NOBIS PLV-  
ra præmia Latinis constituta, sed unum  
tantummodo contulerunt.

Silabor hic duplex, cur non mea præmia? carmen  
Si duplex geminæ sint tua dona manus.  
Si minus accipies simplex pro munere plectrum.  
Ut similes habcas tristis avarus opes.

Aduerant tamē æquū iudices nostra he-  
roica carmina plus esse apposita ijs que pri-  
ma Certaminis propositione continentur;  
hæc quippe clariss., & fusiūs divini Mysterij  
N. 2 laudes

Dulcis Miscellanea.

laudes cantare possunt: sic expiimere va-  
rios affectus Malacæ, & longam festi histo-  
riam prosequi, idque magis ingeniosa me-  
thodo, plus lucido carmine. Epygrâma ve-  
rò colligeret solam Mysterij excellentiam,  
vel quid simile, vnum tamen, ac simplex,  
non enim aptum multis enarrandis, nec  
percurrento multorum florum viridiario:  
hoc enīm uno, ac simplici conceptu debet,  
& procedere, & claudi, atque ob id tribus  
tantum, vel quatuor ad maius distichis cō-  
prehendi: si ultra progreditur metā transcē-  
dit, ac proinde à perfectione declinat: non  
ideo mirum si prædicta nostra Epygrâma-  
ta tantisper oberrant, nec attingant verti-  
cem perfectionis. Igitur non his, sed heroi-  
cis primum præmiū concedi debuit dum-  
modò vnum opus efficerent perfectum, &  
absolutū cuncta supra dicta concinnè trac-  
tans, & colligens, nec inde vagaretur indis-  
crete, sed semper certaminis propositione  
respiciens præsentî occasiōni cōferret, idq;  
distincto, & expedito carmine, quod redi-  
leat antiquorum phrasim, ea lege, ut nec ab


ijis, nec alijs modernorum fuerit mutuatū,  
sed recenter ingestum: non baibarismis, so-  
læcismis, aut erroribus scatens, nam cuncta  
hæc præmijs indigna sunt, nisi forsitan mul-  
ta cogat necessitas, ut nos poetica faculta-  
te admisiimus, in hoc nomine Eucharistia,  
& similibus, quorum usus in hoc opere val-  
de necessarius est. Omittio coplas, & româ-  
cistarum cantilenas, quæ videntur hoc quo  
præferri Latinæ matri, non tantum præ-  
mio, sed æstimatione (præsens adest hu-  
ijs Certaminis exemplum) res mira, ne  
dicam, dcrestanda, ubi non ars difficilis  
invenitur, sed quidam tantum naturæ im-  
petus quo coplistæ præcipites feruntur, &  
more belluarum eunt, quo ierit imagina-  
tionis idolum: unde quavis taberna, quo-  
vis in foro mirabilia proferunt, eaque re-  
pente, si fuerit postulatum. Doleo sanè  
casum Latinæ musæ tam celebris anti-  
quo, quam nostro ævo taciturnæ. Ego la-  
mentans infælicitatem de hoc olim sic in-  
gemui.

*Nisi hoc nomen  
non a chari, seu  
gratia, sed a cha-  
ritate contra un-  
tiquorum placita  
deductum velis.*

Dulcis Miscellanea.


Nunc copla sunt cura ducum, regumque, Latiai  
Internō cohibent suavia plectra sinu.  
Nec satis hęc, addunt argentum, & præmia donāt:  
Sunt manicæ Latij præmia parua lyris.  
Nescio quid? qui non hanc scit non estimat artem,  
Omnis habet coplas, carmina nullus habet.





Hæc tulit Andreas Lyzcano steinata Datus  
 Auspice sub magno magnus ut ille foret  
*In festa*

In festa Parrochiæ Martyrum Paulæ, atq; Cyriaci.



D.D. Petro Lyzcano, nobilissimo Malacetane urbis virò,  
& maiori Praefecto Confraternitatis SS. Sacramenti.

Vive ingens Lyzcanus, adsit tua dextera victrix,  
Nam vincunt mores, gloria, fama, decus.

Vincit & excellens clara de sanguine proles:  
Vincit amor patriæ, religioque Dei.

Indeque Amatoris iusto venit ordine nomen,  
Ab sit vulgaris, quem venus addit, amor:

Renerentia in ea. Et vineit nomen: canos dat Græcus honores,  
mitiem apud Athene  
mens. Et flos de Gallis Lylius extat ausis.

Maius habes, magnis superas festa omnia festis,  
Martyribus cedit cæteræ turba meis.

Quid testat? Iehiquos concessò munere vinces,  
Et grandi ornabis Lysia plectra manu.

SECVN-



S E C V N D V M

C E R T A M E N  
Ecclesiæ Parrochialis Mar-  
tyrum Malacæ, anno Do-  
mini 1636.

**E**N Seis Disticos digan y declaren, co-  
mo Christo se fue, y se quedò en acci-  
dentes de pan entre nos, y la causa fi-  
nal deste mysterio, &c.

**P R O P O N I T V R    D I V I N V M**  
*conuiuum, & ratio, ac finis tanti  
Sacramenti, &c.*

**G**randia magnorum cedant conuiua regum,  
Vel dare quæ potis est ingeniosus amor:  
**C**edant: maius adest: cælum pluit omne, supremus  
De cælo panis, grataque vina cadunt.  
**E**st cibus omnipotens, qui dat Deus ipse, potensq;  
Conuiua, hunc panem qui bene sumit, crit.

.O.

Maius

## Dulcis Miscellanea.

Maius habent, æterna manent conuiua, semper  
Mensa datur, panis quotidianus adest.  
Nec satis est superos dominus si scanderit orbes,  
Nam manet, atque subit: munus vtrumq; valet:  
Et valet, & voluit: superat divina potestas,  
Et tenet has artes ingeniosus amor.

## HIVS SACRAMENTI INSTITVT<sup>10</sup>

explicatur, & exercitium fidei huius mystery  
finis ostenditur.

Postquam supremum deuista morte tropheum  
Diuina excellens arbore victor habet,  
Iam superos parat ire, solumque relinquere, ac ingēs  
Cogit amor patrij, nec finit ire, soli.  
Hic fortis tenet hunc, cæli tamen alta subire,  
Inque suam sedem conuenit ire Deum.  
Quid superest? diuinus amor sua munera iungit:  
Vadit, & in terris, ut solet esse, manet.  
Magna Sacerdotis satis est vox una, potentem  
Haec sub pane altum cogit adesse Deum.  
Sic placuit, sic vera fides: ne crede colori:  
Non albus panis, sed caro grata subest.

## EXPO NITVR DIVINI AMORIS

excellenta, & perennis conflictatio.

Olim vera Dei verbum sapientia patris  
Suprema empyrei stabat in arce poli.

Hinc

Hinc leges, hinc iura imis dabat ardua terris:

Ceu leo terribilis, vel fera tygris erat.

Accedit pietatis opus, Verbum caro factum est;

Seu Deus unus homo, seu caro facta Deus;

Et nobis habitavit amans, & munere facto

Rursum splendentis tendit in alia poli,

Noa tamen hoc consentit amor: subit, & manet idē: *Inveniunt philosophi in igne duos*

*Scilicet hic motum sumit utrumque potens.*

Igitur amor leuis ad superos subit, attamen idem

Descendit querens pabula grata rogus.

*in atra levitate sum, alterum de ratione pabuli.*

E P Y G R A M M A

amici cuiusdam nomine oblatum.

Cælestis ambrosiae similitudo, & initium future  
beatitudinis ostenditur.

Cælestis ambrosiae similitudo, & initium  
Futurae beatitudinis ostenditur.

Olim Virgineo diuinus visceris panis

Fit caro, sed rursus nunc caro panis erit:

Panis erit: veniet tempus bellique, crucisque:

Tuuc erit altus amor, tunc cibus ipse Deus:

Dulcis erit cibus ambrosios imitatus honores:

Hunc longos annos, qui benè sumit, habet:

Maius habet, semper constat, nec deficit ulli:

Nocte, diuque cibum splendida mensa gerit.

Nec satis est superum dominus si scādat olympum;

Nam manet, & cælum est hostia sacra nouum.

Dulcis Miscellanea.

ALIUD EIVSDEM  
nomine oblatum.

Deo qui nobis sub  
Sacramento mira  
bili Passionis tue  
memoriam reli-

quisti, &c.  
Hoc sacrum con-  
uium, &c.  
Gloria in excelsis  
Deo, & in terra  
pax hominibus.  
Et habitauit in  
nobis.  
Deliciae mee cum  
filii hominum.  
Sede a dextris  
meis.

Series tanti mysterij præponitur, & memoria  
supremæ Passionis recolitur.

Postquam prima altum læserunt crimina diuum,  
Et Paradise a est pulsus Adamus humo,  
Creuit in immensum pietas diuina, tenellus  
Factus homo Deus est, seu fuit ille Deus.  
Est misero data pax homini, noua gloria cælo:  
Factus homo donum complet utrumque Deus.  
Et gaudet terris habitare, & rumpere bellum,  
Atque pati grata vulnera dura Crucis.  
Hæc sua delicia est: at summum ascendere cælum;  
Tentat, & a dextris, vt Deus, esse Dei.  
Ascendit, sed cogit amor: petit intima ruisus,  
Et manet in terris, & manet ipse polo:  
Et manet, æternique manent monumenta doloris:  
Hic tanti finis, principiumque boni.

ALTER AMICVS SEQVENS  
nostrum obtulit.

Hoc vniuersæ certaminis propositioni seruit.

Post varios belli casus, & vulnera Christus  
Ire parat superi sidera clara poli.

Non

Non multus consentit amor, nec linquere terris  
 Quidquid amans querit, sed tamen ire parat.  
 Inter amicitias oritur discordia, tellus  
 Hunc petit, hunc cælum, cælicolæque petunt.  
 Dat medium diuinus amor, miram inuenit aitem:  
 Et manet in terris, & subit ipse polos.  
 Se clarum præbet superis spe etantibus, omnem  
 Sub fragili panis tegmine sumit homo.  
 Sic decet: est altis lumen sublime beatis:  
 Cæcutit forti visio nostra Deo.

**A L I V D E I V S D E M**  
 nomine oblatum.

*A Christo Domino diuini mysterij institutio, &  
 duplex huius finis proponitur.*

Post acies bellum sequitur, post bella triumphus;  
 Post hunc laus, merces, gloria, fama, decus.  
 Pugnauit Christus, mortem superauit, & orcos:  
 Quid superest? merces, fama, triumphus, honor:  
 Suma ideo subit astra, hominū tamen vget imago,  
 Vget amor, gnatis sic ait ille suis:  
 Ipse licet vadam cælestes exul in oras,  
 Exul erit corpus, non erit exul amor:  
 Vobiscum præsens æterna in secla manebo:  
 Vester erit panis, seu caro pane latens.

*Vobiscum in con-  
 sumatione seculi.  
 Sic Sub figura panis.*

23  
**Dulcis Miscellanea.**

**Sic erit alta fides animis: mea passio viuet,**  
**Sic vester viuet, sic amor iste meus:**

**ULTIMVM TERTII AMICI**  
**nomine oblatum.**

**Diuini amoris excellentiam proponit, &**  
**certaminis propositioni**  
**satisfacit.**

**Conditio est, amor in propria non sede quiescit;**  
Rumpit, in externum poscit ut ire bonum.  
**Exit amor Christi proprium nec linquit amantem;**  
Vnus enim celo est, vnum & ipse polo.  
**Nec meius exit amor, corpusque, animiq; cohæret;**  
Totus amans charo vult Deus esse bono,  
**Immutatque modos: panis cibus aptior, altum**  
Non suffere potest visio nostra Deum.  
**Hic finis, contentus amor gratam inuenit ædem;**  
Centro gaudet amans, hoc suus extrat homo.  
**Ergo idem maneat terris, & scandat olympum,**  
Sicque soli panis, sic cibus ipse poli.



**ALIVD**

**A L I V D A B E O D E M**

tandem oblatum.

*Divini amoris pignus hoc Sacramentum statuitur,  
& eius series describitur.*

*Christus ut extremis confecit Pascha diebus,*

*Sustinuitque suæ prælia dura Crucis:*

*Præparat ingentem confessio Marte triumphum;*

*Et superium claras tentat adire domos:*

*Sentit amans, fatumque gemit miserabile tellus,*

*Sentit homo, ac domini flagrat amore suis:*

*Sentit amans dominus, sed fas est alta subire,*

*Et summi ad dextras altius ire patris.*

*Acta mita est: amor hunc superis qui traxit ab oris,*

*Hunc humili rursus cogit adesse solo.*

*Cuncta potest, manet, & vadit: sic gloria cæli,*

*Sic ingens nostri pignus amoris erit.*

**T A N D E M N O S Q V I D Q V I D I N**

*xeliquis probatum, & pro fine statutum*

*hoc uno colligimus.*

*Post excellentem postrata morte triumphum*

*In superas Christus iam patat ire domos.*

*Ait hominū grauis virget amor: subit, & manet idē:*

*Motum utrumque, ardēs ceu togus, addit' amor.*

Vadit

Vadit ut accipiat divi omnipotentis honores,  
Et sedeat dextris, ut Deus ipse, Dei.  
Vadit ut æterni præsit noua gloria regni,  
Et reciceat suavi regna beata cibo.  
At manet, ut duri mancant monumenta doloris,  
Et viuat sensu nobiliore fides.  
Vel diuinus amor dilecta in sede quiescat:  
Vel crescat noster, vel suus adsit amor.  
  
Et hæc satis pro Certamine, ut nostræ Parrochiæ,  
atque suorum laudes circumferantur.

DIVINI CONVIVII LAVS, ET  
hodiernæ occasionis ratio præponitur,  
atque Parrochiæ gloria  
elicitur.

Grandia totius cedant conuiuia mundi,  
Pingere quoque potest ingeniosa manus:  
Cedant, maius adeat, cælum pluit omne, supremus  
De cælo panis, lætaque vina cadunt.  
Accessite homines varij: pars altera gratum  
Libauit panem, grataque vina bibit.  
Pars brutis concessit equis, stabulisque ferarum;  
Nec tetigit dulcis suavia dona meris.  
Illa prior vicit, viuitque in secula, vircs  
Alteta non habuit, sed cadit, & moritur.

Sic omnis viuit Malacæ, vincitque Senatus;

Qui bibit hoc nectar, festaque multa parat;

Viuit, & in festis partes supereminet omnes

Excellens templum, Martyrque domus,

Et viuunt deuota addunt qui pectora festo,

Atque suos sumptus, ceu sua dona ferunt;

Inter præcipuos claro se iactat honore

Principis officium qui benè Gamma gerit;

Hoc comes egregio Berlanga a sanguine fælix

Deuota in festum pectora promptus habet.

Hos super excellens itat Bentomilla, supremas

Munus ad hoc vites, consiliumque ferens.

Accedit tandem claris Molina triumphis

Præcellens animo, muneribusque potens;

Sunt quatuor tanti quibus hæc encomnia fessi

Debetur, meritis vix patia illa suis.

Hæc inquam terris, alto stat gloria cælo:

Hanc seruis Dominus seruat, habetque suis:

Hanc dabit ille, suos tribuet, sua munera, flores,

Grataque erit donis hæc mea Musa tuis.

## SECVNDVM PROBANS FESTVM

nostræ Patrochiæ appositum esse.

Olim diuina suspensus in arbore Christus

Ingentes plagas, martyriumque tulit.

Nunc rursus patitur: tellus Tyrimona sentit:

Eigo duplex gemini gloria Matis erit,

P.

Scilicet ab extrin-  
seco, & ab hereti-  
coram offendis.

Ec

Et festum duplex generi quod conuenit vniuerso sic  
 Martij templum est: hoc sua festa pacat.<sup>in Q</sup>  
 Festa gerant alij (cantum petit omnia nuncio)<sup>vniuerso</sup>  
 Et sacrum laudent tempus in omne cibum.<sup>E</sup>  
 Sint aliena tamen, proprio quod munere vincit.<sup>vniuerso</sup>  
 Martij templum Martyris alta canat.<sup>apri</sup>

### T E R T I V M T A N D E M

supereminentem Parochiam lon-  
 gnius extollit.

Hesperiae cedant, Malacae festa omnia cedant;<sup>A</sup>  
 Quæ Ioannes diuus, quæque Iacobus habet:<sup>B</sup>  
 Quæ magnus Præful, maiortue Ecclesia, cedant;<sup>C</sup>  
 Maxima Martyribus sunt modò festa meis,<sup>D</sup>  
 Sic decuit mea seita patent, occasio præsens;<sup>E</sup>  
 Martyribus floret Tyrhonia una suis.<sup>F</sup>  
 Occupuere viii, matresque, & quod scelus ingens,  
 Ipse Dei brutis iam datur agnus equis.<sup>G</sup>  
 Martyrij varium genus est, quod iungere festa  
 Martyrij templum, cœu nouus orbis erit:  
 Hoc vincet reliquum (si fas est dicere) festum,  
 Et vincent nostræ cæteræ plectra lyrae.



HIE

# HIEROGLIFICVM Certaminis propositioni seruiens.

**S U B I T , E T M A N E T I D E M .**



Ex errore pictori-  
ris ala veraque in  
alium contendit,  
circa praeceptum  
alterius deorsum  
volatura.

Dulcis Miscellanea.

ENYGMAT FESTO APPPOSITVM;

de duobus Martyribus Paula, atque  
Cyriaco.

Al sano si le quitā  
la o (que es el ojo)  
queda san, y cōscie-  
tos, queda Santos.

Tibi da la mirad, Sanus eram, sed moribus adestr, mihi lumina desunt;  
y se pone en el me-  
dio de mar y res.

Et sano, & cæco morbida tuisis inest.

Iuncta marires una iacet tibi proxima, verūm  
Paula cercana a

Bis tibi dimidium res tulit una suum.

paulo, y Syria con Paulo infra micat excellens, cui nobilis licet  
una et que es Luna

Et Syria, & toto quæ noua luna globo.

Et que es Luna  
nubea, y la o que  
esta rada Luna, Sy-  
riaco.

D I G R E S S I O.

In euentum mirabilem, ne dicam miraculum, quod  
festi discursu accidisse experimen-  
tum docuit.

Scilicet aduentante primo festi die ex-  
lestis regio tribata est, nix, pluvia, falligi-  
nosæ, obscuræque nubes, toto denique cæ-  
lo inclemens, sordidi, ac lutei calles. Ec-  
ce post noctem medium lucida Phœbe scin-  
tillantia sidera, cælum pulchrius, acque  
pacatus redditum, dies vero coruscō sole  
sequuta hilaris. De quibus sic.

Ante pluit, claro rediunt spectacula sole:  
Diuisum imperium festa, Deusque tenet:  
Martyribus venit ista dies, dat nobile regnum  
Nunc Deus, & gemino sidera bina polo.  
Paula est Luna, micans frater Sol, illa serenam  
Dat noctem, clarum Cyriacusque diem.

Hec Dominica die. Rursus pluit die Mercurij, iamque diffidente, ac exanimi populo (die Iouis processio fuerat constituta) proxima nox serena, dies hilaris sequuta est. Vnde iterum.

Et rursus pluit, & veniunt spectacula rursus;  
Imperium duplex Marti: uterque tenet.

Tandem post varios aeris tumultus sequenti Dominica finis datus est omnibus spectaculis, claro Sole, & sereno tempore. Et inde sic tandem.

Claro Sole suum tandem spectacula finem,  
Supremumque tenet ultima festa decus.  
Fælices

**F**elices diui, felicia tempora, regnat  
Per totum festi martyris viceque diem.  
**N**os quoque carminibus sine damaus, acceperit lector,  
At caue ne vatis munera despicias.

*Ethæc de prima Certaminis propositione.*

**TERTIA SIC HABET.**

El que en verso heroico, o seis octavas  
(que a el corresponden) mas bien nos pintare la entrada del exercito Frances en Flandes, y el desdichado fin que ha tenido, justo castigo de los delitos que contra el Santissimo Sacramento ha cometido; &c.

**HEROICA QVÆ SVPRADICTÆ**

propositionis sensum consequuntur.

Ille ego qui quondam fragilis pia munera terra up  
Morborumque modos, cecini, latamque salutis, q[ui]  
Effigiem; nunc insanifera prelia Martis, b[ea]ti  
Ductoresque cano, Gallis qui turribus orti,  
Olandaque armis faciū. Bataninia longe  
Littora, et in lacos Flandri rwanere recessus,

*Musa*

Musa mihi totum memora, qua causa furentium  
 Mouerit iniustas eades, & fulta superbi  
 Conuentus: doleo masum proferre dolorem,  
 Infandumque scelus.  
 Vrbs antiqua fuit, celebres tenere coloni  
 Tyrlimon Gallos contra, Olandaque rebellis  
 Imperium: tenuit fortis sub milite Princeps  
 Hispanus: nunc pressa iugo, atque potentibus armis  
 Exitium fatale gemit: iam Gallia fortis  
 Se se armat, bellumque ominus concurrevit in eum  
 Certatim populus: iam claram Tyrlinis turbem  
 Oppugnant, caci erumpunt: non ardua muri  
 Mania, non obstant porta furit impetus ardens.  
 Turmae intrant (dolor hic ingens) diuina profanat  
 Templam Dei, iugulatque viros, tenerasque puellas,  
 Atq[ue] senes, puerosq[ue], vocat labor ultimus omnes.  
 Sed grantus, fera supra patent: lafere pudorem  
 Virginum, & sacri numen venerabile panis  
 Brutorum fecere dapem, stabulisque dederunt.  
 Has medius strages, & tela minantia bellum  
 Vnus ab Augusto veniens de semine frater  
 Instat agens contra, volat impiger, arripit alcum  
 Ostendens panem, scis quem perfidus atris  
 Nixerat, atque solo fragilem disperseratima.

Pro

Dulcis Miscellanea:

Pro dolor, ille hastas inter, gladiosque furens  
Confossus vitam expirat, sed fulgidus ortum  
Spiritus, & summi petit alta palatia Regis:  
Obstupnere hostes duri, & mirantur honorem  
Audacis Monachi, rursusque hastilia figunt,  
Et ducunt sacrum varia in præsepia numen.  
Non tamen hoc impune malū: fera Gallia vulnus  
Sentiet, & Cymbrus panas dabit: Austria felix  
Vivit, & Hispanus regnat Leo, vivit & ingens  
Imperij deus, atque orbis suprema potestas  
Fernandus, summo tanget qui sidera cepiro,  
Parisiasque fero tentabit vulnera turres.  
Viuunt qui frangunt vires, mundique superbam  
Barbariem: dabit auxilium diuina propago,  
Supremumque poli sacra Eucharistia numen.  
Nectarium hæc, ira medio sub Marte furens  
Exemplum lata prabent in pace per omnes  
Hesperie ingentis populos: spectantibus inquam  
Gallisque, Olandisque faci venerabile panis  
Numen inaccessis excellunt laudibus, omnes  
Exultant, omnes lati, festa omnia iungunt.  
Inter præcipuos clarum concedit honorem  
Lusus eques, quo non aliud præstantior iungunt  
Sine armis bellum tractare, aut carmine dulci.

Sacra

Sacra loqui: sequitur longum diffusa per orbem  
 Bellipotens Castella: ferox primo agmine Batis,  
 Et primo Malaca insignis, cui cetera parent.  
 Festaque, ornataisque virum, & generosa fidelis  
 Pectora: cui cedunt typhare, cui plectra Caballi,  
 Castaliaque nemus, numerosaque carmina Cinchi.  
 Sed manus, superat claris insignibus ingens  
 Martyrij templum: superat Paula inclita fratre  
 Cyriaco: superant quatuor de stipite summo  
 Qui celebres venere viri: stat Gama supremus,  
 Atq[ue] aravis Berlanga potes; stat maximus armis  
 Bencomilla, & claro ingens Molina triumpho.  
 Omnes exultant, omnes sua munera tradunt  
 Unanimes, gaudentque alto seruire parenti,  
 Et nostra dicare lyras.

Accedit sacra regens Verdugo Sacerdos,  
 Multaque Sandinus qui cogit carmina, cuncti  
 Accedunt parochi, matres, puerique, senesque  
 Intendunt clarum divini panis honorem,  
 Festaque multa parant, & plena altaria donis.  
 En video: varijs diverso stemate calles  
 Colucenc, varijs templum venerabile fulget  
 Tegminibus, claroque ardente noua lumina calgo.  
 Ulceriūs cauros agitant, campoque superbis

Lucet equum domitor, diverso stramine pictus  
 Lucet equus: ludunt parner, curruntque vicissim,  
 Atque leuem capiunt fugientis arundinis ictum.  
 H'ec festa: h'ec dominus videat (sua visio donū est  
 Et sua dona salus) pro tanto pramia festo;  
 Ac meritis sint aqua suis: hoc scilicet auro  
 Gratia, & in supero tandem noua gloria cœlo.

**SED QVONIAM IN HAC PROPO-**  
 fitione pariter trouas petierunt, hoc genus addi-  
 mus, quod octauas dicunt, & superiora ad Lusi-  
 tanum sermonem conserfa, nam  
 Castellanis coplis longa,  
 Sege superest.

Aquella Musa que antigamente  
 Con vos humilde, doce, e graciosa,  
 Cantou da natureza mais potente  
 As grandes obras, a maõ poderosa  
 Ora con lyra superéminente  
 Lesanta h'na voz mais grandiosa,  
 Canta de h'no exerceito tyranno  
 A cruel guerra, o caso inhúmano.  
Q.  
 Vos

Vos Nymphas a quem tudo obedece,  
 Dizei que causa foi de tanto dano,  
 Aquela que no verso mais merece  
 Mostre seu canto doce, e soberano; E  
 Dizei que ja Fuerpen se escurece  
 E a lyra do grande Manteau,  
 Maior canto, maior lyra me espere V  
 Do alto ceo, de Deos e grande esphera;  
 Debaixo da bandeira poderosa I AM O suiV  
 Do feroz Castellano militana,  
 Hua cidade antiga y populosa,  
 Que Tyrimon en Frandes se chamaua;  
 A esta acontece o a lastimosa I AM O suiV  
 Historia que o Latino vos conta,  
 E agora dita o Lusitano, del su zebat  
 Para que seja o verso mais ofano.  
 Do Olandes e Gallo a braueza  
 Dexou esta cidade assolada,  
 Nem o peito cruel, brutal fereza,  
 Perdoou a Parrochia sagrada.  
 Com maior desacato, e crueza,  
 Achontavaирnal foi violada,  
 E foi a los caualhos arrojado  
 O corpo de Deos viuo, e consagrado.

Mais quem o mundo rege, o Deos eterno  
 Lhe dara o castigo merecido,  
 Tem pera os hereges o lago inferno,  
 E pera todo crime cometido:  
 Ia por força do braço sempiterno  
 O cruel Olandes está rendido;  
 Viue Philippo Rey invicto e forte;  
 Quem a Deos sigue tem a melhor sorte:  
 Viue o Malacense Castelhano,  
 Para honra do nectar laboroso,  
 Viuem hum Bentomitha soberano,  
 Berlanga claro, Gamma generoso;  
 Viue o pio Molina, e o Malacano,  
 Conuento de dous Martyres fermoso;  
 Todos celebraõ este Paõ divino  
 Confestas,lyra, e canto perigriño.

*Quia rursus haec humilis, & abiecta oratio est,  
 præter hec autem ad initia posatum alias dicendi ra-  
 tionem inueniamus, eamque coplis propinquiorem:  
 tale est ex lyricis carmen alchaicum, quod quatuor  
 constans numeris octauas videtur imitari, & subli-  
 mi tenore heroicorum modulos redolere. Hoc ergo ac-  
 cipite, & cuilibet certaminis propositioni accomo-  
 date.*

**ALCHYMIA IN LAUDEM**  
 diuinissimæ Eucharistie, & hereticorum  
 confusionem.

O panis alti grandia numina,  
 O mensa diuinum, manaque nobile,  
 Quis laudibus te grande cælum,  
 Atque Dei super astra ducam.

Non pluma terræ, non valet altior  
 Cantus Caballi, non chorus integer.  
 Quem Nympha, quem Musa omnis arui  
 Altisono tenuere cantu.

Sat sola virtus, quam dabit ille  
 Divinus ignis, spiritus alacer:  
 Hoc fultus excelsi decoris  
 Incipiam memorare laudes.

Hic liberali pectore contulit  
 Iucunda mæsto munera pauperi,  
 Reddensque ocellos luminosos  
 Damna fugat tenebrosa cæco:

Auget fidelis lumen, & omnibus  
 Vitalis auget munera seculi:  
 Qui nectar hoc gustat, hic vitam  
 Innumeros habet unus annos.

Nec

Dulcis Miscellanea.

Nec sola vita dona salubria  
Possidet; altum qui bibit altius  
Contendit, atque hostis frēni  
Tela potens metuenda frangit.  
Et frangit hastæ vulnera Turcidæ,  
Et bella vincit Flandria fortior:  
Non obstat hostiens Tyrimone,  
Non feritas truculenta Galli  
Cedent, & Austro de grege fortior  
Dux surget omnes qui simul vnuus  
iut Prosternat, altamque ipsa florens  
Extollat super astra frontem.  
Nec sola tantum prælia feruidus  
Dux iste tentat, sed pia pectora  
Ostendit, & festis Charistiam supremam  
Egregijs celebrare gaudet.  
Hispanus omnis gaudet, & altius  
Se tollit alto Malaca Præsule:  
Sed quæ magis suprema tangit  
Martyribus domus vna regnat.  
Huic numen illud præsit, & omnibus  
Deuota festo pectora dancibus,  
Præsit & nobis, præmia ut cuncta,  
Atque lyras supremus omnes.

Sed

Sed quia tandem saphicum magis videtur imitari Romancistarum lyras, & Hispanorum canticas, hoc ad finem adjiciamus.

**SIMILITER VT ALCHAIICVM**  
proxime dictum.

Qui sacri panis decus omne tentat

Ferre, ceratis ope Dædalea

Nicitur pennis vitreo daturus

Nomina ponto.

Ergo pars tanti mihi sola restat

Numinis: virgo dabit alma robur,

Quo nouam dulci noua Musa cantu

Concinat odem.

Ros polo candens pluit iste summo,

Et pluit iustum preiosa nubis:

Panis e celo cadit unus alto,

Maxima virtus.

Præbet hic vitam cibus, atque sanum

Corpus ex omni leuat omne damno;

Cor facit latum, facileisque reddit

Pectore curas.

Dulcis Miscellanea.

Auget, & vires, quibus arma, & omnis  
Hostis Olandi grauis ira cedit,  
Et manent longè superata fortis  
Prælia Turcæ.

Nec soli tantum rigida arma cedunt,  
Cedit inferni genus acre portus,  
Et cadunt terris metuenda nigri  
Tela Draconis.

Non equis ergo cibus iste brutis  
Conuenit, cælo superisque prodest:  
Hunc homo sumat, placidusque lato  
Pectore condat.

Sumat, & somnium veneretur omen,  
Atque festuum gerat omne pectus:  
Festa coniungat simul alta laudans  
Munera cæli.

Laudat, & festum Malaca omnis addit:  
Inter hos vincit generosa sedes.  
Martyrum: festis supera astra summi  
Tangit Olympi.

Et manu larga sua dona præbet:  
Præbeat letis auibus: lyra vna est  
Parua, sed dulcis: feret ista summi  
Præmia laudis.

Finis opusculi Martyribus dicati.

Verum

Vetum quoniam postea contentio orta est  
inter festorum authores, & litteram vulgi di-  
uersimode opinantis de principatu elige-  
do. Hæc insuper.

Festa patent: dubio pendet victoria marte:

Quisque suam palmam iactat, aitque suam:  
Excellit maior maiori Ecclesia dono:

Arbore de grandi grandior umbra venit.

Ut Baptista ingens, humilis quoque, forsitan huius  
Altæ virtutis gloria major erit.

Iacobus vincit, nam cunctis victor in armis,

Festaque proposito congrua diuus habet.

Martyribus manifesta patet victoria, binos

Non magni vincunt Herculis arma duces.

Ego quid? in dubio res est: maiora supremo

Qui dedecit vati præmia, vicit erit.

Nulla Iacobus habet, sed restat grata voluntas.

Nullaque dat Ioannes: gratia magna satis.

Præbuit egregia munus cum laude secundum

Excellens templum, martyrisque domus.

Concessit primum suprema Ecclesia donum:

Voto igitur victrix nunc erit illa meo.

Victor & excellens claro cum stipite præsul,

Prouisorque Relux, Gregoriusque pater.

Victor, & hic ingens sanctus meus, & sua tandem

Grandia qui bini festa tolere duces.

Dulcis Miscellanea.

SED QVIA IVDICES HVIVS  
Certaminis id de prædictis carminibus iu-  
dicium protulere, legant sequentia.

Praua tibi, fateor iudex epygrammata misi,

Praua, sed ingenuo picta colore micant.

Non hæc vidisti vel multo lumine cæcus,

Vel quoniam est oculis visio parua tuis,

Non hoc conueniens tenebris lumen ocellis

Ad cæcos aptus non venit ille color.

MINISTRIS QVOD PRÆDICTA  
nostra opera parieti figenda non tradide-  
rint, sed latebris miserint.

Sparsi lucentes Indo de gurgite perlas,

Et de Pyruscis aurea dona plagis:

Accessere sues, spreuerunt nobile donum:

Scilicet hoc turpi comminuere luto.

Quid superest? dabit auxilium medicina salubre;

Immūdam segetem, Mercora nigra dabo:

Hæc scelus hoc meruit: claram lædere poesim,

Otentantque suas, vilia dona, coplas.



## AD EOS DEM ET SVA PRÆMIA.

*imo Tiburtius*

Argentum est illis, oræ mea præmia, pro illis

Ergo Oremus: habet crimina iudicium.

## O R A T I O.

Non aurum iam sacra famæ, argentea præda est:

Vtrumque officium tristis avarus habet.

Sunt quatuor, totidem raptant coclearea fures:

Est unum, hoc rapiunt (sunt mala plura) decus.

Sunt quatuor, totidem figant hastilia pectus,

Unus honor, vno concidat enfe caput.

## A D I V D I C I V M H V I V S

Certaminis.

Nunc iudex ego sum dominum cognoscite vestrum

Præmia iudicio subdita facta meo.

Grata micant albi quatuor coclearia numi:

Nil refert, quamvis sint aliena, feram.

Sed refert, proprio prava est sententia casu:

Altera iudicij posterioris erit,

Heu mihi, fur, latroque fui: sunt infera regna,

Sunt penæ horrentes, supplitumque minans.



A D F I N E M M H V D V S  
secundi Tomi.

Sed quia fessa nimis Latiae quæ musa cohortis:  
Ingerimenter dulces Bætica plectra sonos:  
Sicut aliena tamen nos hanc contempsimus artē:  
Hoc etenim ingenij est inferioris opus.  
Tædia jam Latium parit, & fastidia Lusus:  
Hæc condimento corrige damna leuis:  
Condiat has epulas auido cibus additus ori,  
Seu Castellanaæ musa decora plagæ,

Finis secundi Tomi.

D I V I C I A M H V A S  
Sparsa lucerat Tudo, sinuosa  
Cestrum inimicis.  
Ere de Purpulis avora lutea plena  
Acacia, quæ  
Quæ  
Graæ micans spicæ dexteriora costellata in am  
Hæc sceleris, desumis sicut scilicet levia.  
Hæc sceleris, desumis sicut scilicet levia.  
Graæ micans spicæ dexteriora costellata in am  
Orientale, quæ  
Alessioz inibet possit hunc eam  
Hæc militi, tui, pectoris sui, lutei fulgescebas,  
Quæ lucerat monasteri, quæ pectora in am

